






1850 Edition

350

Adams L777



IUSTI LIPSI
DE CRUCE
LIBRI TRES

*Ad sacram profanámque historiam
utiles.*

Vnà cum NOTIS.



ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.

M. D. XCIIII.

Cum Privilegijs Casareo & Regio.



AD
TRES ORDINES
BRABANTIAE

ANTISTITES
NOBILES
MAGISTRATVS.



I BELLOS de
CRUCE quos scri-
psi, meritissimò ad vos
defero, patriæ nostræ
primores viri. Primùm, quia in so-
lo vestro concepti natique sunt, in
hac Louaniensi vrbe: tum quia au-
ra fauoris vestri elicuit, qui me be-
nignè huc arcessendum putástis,
bono rei litterariæ & iuuentutis.
Laudo hunc animum, atque etiam
miror. qui in tot circumstantibus
turbis, & cùm vndique insonuit

bellorum tuba; tibiaſ tamẽ & fiſtu-
las, vt ſic dicam, Muſarum cogitatis,
& pacis artes neglectum non itis in-
ter media arma. Quod rectè & vti-
liter à vobis fieri, prudentes magis
ſentiunt quàm vulgus. Nam reue-
rà, inclyti Ordines, hæc non orna-
menta ſolùm reip. ſunt, ſed auxilia
& fulcra. Tollite; quid niſi ſqual-
lor & tenebræ occupant, & ferox
quædam, aut vt veriùs dicam, feri-
na vita? Ab omni æuo (Annales ſa-
cros & profanos cõſulite) Deus ex-
ſtare artes iſtas voluit, velut pharos
& lucentes quosdam ignes in tem-
peſtuoſo mari. Iſtæ pacem dirigunt,
bellum dirimunt: iſtæ vitia virtutef-
que premunt aut excítant, teſtes
temporum, arbitræ meritorum. Re-
ges, & magna illa nomina, obliuio-
nem

nem æternam iam nunc cogitent,
nisi pennatus iste currus euehat, &
ostendat per æuum & per gentes.
Quid argumenta colligo? vno ver-
bo rem dixi, Deus extare artes
istas voluit: & hoc quoque ab eo,
quod vos iuuatis. Eat in sæcula, fuisse
in vnâ prouinciâ per quinque
ampliùs lustra bellum, idque ci-
uile, imò intestinum; collapsa tra-
ctu, aut dejecta impetu omnia; pub-
licam priuatamque inopiam: vos
animo stetisse dices & vberes, &
de rebus salutaribus iudicasse ma-
gis quàm computasse. Enim uerò
facite ita Ordines, manum laben-
ti patriæ supponite, nec præsen-
tia solùm in oculis habete, sed fu-
tura. Potens ille Deus viuit, &
magnus noster Rex: vterque auxi-

liabitur, ille & iste in suâ caussâ. In-
terea CRVCEM accipite, atque
etiam ferte. Vt columna, quæ re-
cta stat, imposito magis pondere
firmatur: sic altas rectâsque mentes
oportet, non cedere oneri, sed ob-
niti. Vos pervos facietis. ita vterque
ille faueat & auxilietur, quem dixi.
Louanij, pridie Nonas Nouemb.
∞. 10. XCII.



AD LECTOREM.



HABES Lector qua de Cruce scripsimus, sed germana. Antea atque alibi qua edita (credes hoc nobis) non sunt nostra. Quid ergò? non illa dictavimus? Fortasse. sed ò imperitiam! quasi edendi illo fine. Reuerentior posteritatis sum: & aliud scio esse Schedia, aliud Opera; nec subitanea hac nostra dedicanda in Memoria templo. Quid, quod alij grauius etiam peccant? qui excipiunt aut intercipiunt dicta aut oratiunculas nostras, & in contumeliam mei diuulgant. Aliter non accipio. Aeuum hoc ut multis delictis fibulam, ita petulantia & licentia laxat: & quod auet procacissimus quisque, id etiam audet. Ego semel & seriò testor, audite qui in Europâ. NIHIL MEVM EST, AVT ERIT, QVOD NON DE AVTOGRAPHO MEO, ET ME VOLENTE, SIT EXPRESSVM. Quicumque aliter, mihi iniuriam facit, & vobis fucum. Deus bone, hac monenda publice esse? Ecce in bona opésque externas ius est non viuo mihi solum sed mortuo, & solatium fati est voluntas ultrà fatum: in istis animi & ingenij verè bonis non idem erit? Reprimite Principes qui potestis, & vos lectores quâ potestis: illi

primien-

Hoc de
Romanâ
Tertull.
prescript.
adu. hæ-
ret. cap.
xxxvi.

puniendo, vos spernendo. Ego præter testari ni-
hil habeo. & hoc etiam addo, Siquid usquam
præter religionem morēsque veterum, non agno-
sco: & tibi adhæreo Statu felix Ecclesia, cui
totam doctrinam Apostoli Petrus &
Paulus cum sanguine suo profuderunt.
*Hæc ex animo scripta, ut in animum demittas,
te, per spes tuas & per quidquid carum est, Le-
ctor rogo.*

I N



I N
IVSTI LIPSI V. CL.
DE CRUCE LIBRVM,
ad Principes Christianos Elegia IO ANNIS
BOCHII S. P. Q. Antuerpiensi à Secretis.



*I*QVA salutiferi tangit vos gloria signi,
Si qua fides, si quis religionis amor;
Si meritum Crucis, & studium vos excitat vllum,
Et memores vestri nominis esse iuuat;
Christiadium o proceres, positis aduertite mentes
Rebus, & hoc vno figite corda libro.
Hic decus, & factis seges hic vberima vestris,
Laurus & hic vero Principe digna viret.
Qua genus humanum deuicta morte triumphat
Arbore, cui nostrae stemma salutis inest.
Ipsa Dei pietas ramorum amplexibus haeret,
Et riguis Christi sanguine vernat apex.
De trunco fidei pendent mysteria nostrae,
Majestate Deus, corpore verus homo.
Radicem cruor innocui purissimus agni,
Qui lauat humanae vulnera sortis, alit.
O crux, o columen, spes vnica, planta salutis,
O lignum aetherij fertile depositi.
Noxia prima fuit miseris mortalibus arbor,
Damma sed haec medica nostra resarcit ope.
Protulit illa necem, vitam haec, erat illa doloris
Mater, at haec plausus, letitiaeque fuit.
Perque nefas, vitiumque suo de semine, calum
Clauserat illa, fores hac referante patent.
Illam Tanario fallax è gurgite serpens
Occupat, impietas, & furor, ira, dolus.

Hanc natus genitore Deo , qui sæderis obfes,
 Lethæo veteres carcere traxit auos.
 Nec voluit seros Erebo parere nepotes,
 Colla sed excusso libera ferre iugo.
 Victricis vexilla Crucis , credentibus omen
 Extulit , imperij signa futura sui.
 Umbrarum hæc oculis haud aspicit arbiter equis,
 Sæuit , & auxiliis expedit arma nouis.
 In Crucis excidium Latias aptare secures
 Apparat , & dominæ concitat urbis opem.
 Primaque Cæsareus tentauit verbera licitor
 Incassum , & rabie proficiente nihil.
 Nam lignum Crucis ad quosvis obduruit ictus,
 Statque magis , quanto ceditur illa magis.
 Christi adumque fides numerum cruciatibus auget,
 Et Crucis imperium crescere pœna facit.
 Crux vicit crucis artifices , tormenta propago,
 Unus & innumeros Christus in orbe Deos.
 Non tamen antiquus furiarum in sede quiescit
 Hostis , at indicto prælia Marte ciet.
 Omnia conquirunt pœnarum inuenta , tyrannos,
 Monstra , faces , laqueos , flagra , metalla , feras.
 Donec Romuleos Christi victoria fasces
 Subdidit , & victo Cæsare iura dedit.
 Hinc aquila cessere Cruci , vastumque per orbem
 Crux fuit augustis gloria prima viris.
 Ut quoties fera barbaries , aut nominis hostis
 Christi adum , sacra mouerit arma Cruci,
 Arsacides , vel mollis Arabs , Macedumque phalanges,
 Pontus , & Ismarij Luna superba ducis;
 Aut Scythæ , vel Garamas , mediis vel Syrtibus Ammon,
 Errorum aut furis gens agitata nouis,
 Protinus intrepidis animis , armisque paratis,
 Sancta salutifera pro Cruce turba stetit.

*Nunc idem, & rabie nunc imminet hostis eadem,
 O proceres, eadem caussa tuenda Crucis.
 Iungite communes fata in communia dextras,
 Ne pereant omnes, dum sibi quisque cauet.
 Crux acies volet in medias, hoc vincite signo,
 Cui didicit famulas mors dare victa manus.
 Quod stygij tremuere lacus, quod mundus, & hostis
 Quo viso, trepida perdidit arma fuga.
 Hac monet antiqui scrutator Lipsius aui,
 Et stimulos scriptis subdit ad arma suis.
 Vile crucis quondam leti genus eruit umbris,
 Poenaque supplicij quanta, quibusque fuit.
 Exemploque docet, tantum si dedecus insons
 Mortis, ob humani criminis acta tulit,
 Si Deus esse reus voluit, culpamque piauit,
 Deleuitque necem morte, cruore nefas;
 Hortari benefacta Crucis vos stringere ferrum
 Pro Cruce, coniunctas sumere tela manus.
 Hoc vos sancta fides (nam defensoribus istis
 Tempus eget) pietas, officiumque rogant.
 Arma dabunt superi victricia, tessera Christus,
 Crux signum, noster buccina Iustus erit.*



DE IVSTI LIPSI
LIBRIS DE CRUCE,
MICHAELIS VANDER-HAGEN
ANTVERPIENSIS

Ad Lectorem Epigramma.

SI te prisca iuuant: hoc, docti, DE CRUCE, LIPSI,
Ingentis plenum, volue, laboris opus.
Supplicium Crucis ille vetus describit ad vnguem,
Quale fuit, nostram SALVIFICAMQUE CRUCEM:
In qua hominum lapsus, scelerumque Piator, atrocem
Mortem, insons, multo sanguine passus erat.
Vnde noua extinctis lux extitit, vnde sepultis
Vita oriens, rutilam sustulit alta facem.
Vnde redemptio & alma reconciliatio manant:
Vnde perennantis flumina pacis eunt.
Ista vetustatis referat penetralia, Lector,
Vtere eo, & quantus, disce, vir ille fiet.



IN CLAR. VIRI
IVSTI LIPSI
DE CRUCE LIBROS.

LIPSI, *Palladia decus corona,*
LLIPSI, *delicium nouem Sororum,*
Quo nec est melior benigniorque:
Iam loquax nimium, nec aqua lingua,
Quæ, vah, artibus abrogare sanctam
Virtutem solet ac politiori
Doctrina, reprimetur illa, nam tu,
Qui doctissimus vnus es virorum,
Vnus es simul optimus virorum.
Est cura pietas, & ipsa virtus,
Hac doctrina velut politur auro.
Testes DE CRUCE sunt tres Libelli
Docti, Jupiter! & p̄y libelli.
Coniunctam, bone lector, hîc videre
Virtutem licet eruditioni.

Balthasar Moretus I. F.

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMII.



RECATIVNCVLA. Materies & ordo operis.

- Cap. I. folio 1.
 Crucis nomen polysemon. Hæc nostra Gabalus
 etiam dicta, item Infelix lignum & Infame.
 Sed & Crux non in ligno. Cap. I I. fol. 2.
 Nomina phrasæ sue ad hoc supplicium: Figere, Configere, Cru-
 ciare. item Crucarius, pro appendendo. Cap. I I I. fol. 3.
 Græcorum verba ad Crucem & crucifixionem. Hesychius &
 Ouidius emendati, iste etiam explicatus. Cap. I I I I. fol. 5.
 Divisio prima Crucium: & de specie vetustissima dictum, Affi-
 xione. Tertullianus per occasionem correctus, atque Isis ea-
 dem cum Cerere existimata. Cap. v. fol. 8.
 Altera Simplicis Crucis species, Infixio. Seneca, Hesychius, Pla-
 to, Plinius, illustrati. Cap. v I. fol. 10.
 In genere de Cruce Compactâ: tum de primâ ejus specie, De-
 cussatâ. & an hæc sit Andræana? Cap. v I I. fol. 12.
 Commissa Crux quid nobis sit? exemplis testibusque asserta,
 tum etiam vestigio nostræ linguæ. Cap. v I I I. fol. 15.
 Affirmata Crux Immissa è scriptis maximè Patrum: ipsi alij per
 alios, & imaginibus per nos etiam, explicati. Cap. I X. fol. 17.
 In quâ Crucium formâ Christus mortem tulerit? videri in vlti-
 mâ, argumento è Patribus & picturis. Ruffini non bona fides
 notata in verbis Pauli citandis siue explicandis. Cap. X. fo. 22.
 Apud plerasque gentium Cruces ferè vñtatas. Apud Syros, Iu-
 dæos, Ægyptios, Persas, Afros, Græcos, maximè Romanos.
 Quando apud eos cœperit? An & apud Germanos? Cap. XI.
 folio 24.
 Apud Romanos vile fuisse hoc supplicium, & plurimum seruo-
 rum. Quas ob causas ij affecti. Cap. X I I. fol. 26.
 Etiam liberi quidam in crucem dati, sed viliores aut nocentiores:
 vt Latrones, Sicarij, Falsarij, atque alibi & Fures. Cap. X I I I
 folio 29.
 Quæ causa falso assignata in Cruce Christi? videri Innouatio-
 nem & Seditionem esse. Cap. X I I I I. fol. 30.
 Crux interdum liberè & laxè vagata: in hostes, in seditiosos,
 In Christianos, in fæminas denique. Cap. X V. fol. 31.

LIBRI SECVNDI,

- Transitio ad Modum figendi præmissum de atrocitate hujus supplicij, quod Summum & Extremum dictum. Cap. i. fol. 33.
- Duplex figendi Modus, Vulgaris & Rarus. In illo Flagellatio ex more semper anteuuit. Cap. ii. fol. 34.
- Flagellorum & Virgarum discrimen. Illa magis vilia, & magis acerba esse. solere & talis asperari. Cap. iii. fol. 35.
- Solitos ad Columnam verberari, atque alias per viam. De ipsâ columnâ cui sacrum corpus annexum. Cap. iiii. fol. 38.
- Crucem suam tulisse, aut totam, aut eius partem. Cap. v. fol. 39.
- Deductos cum vexatione, Stimulis etiam actos. Cap. vi. fol. 41.
- In ipsa Fixione nudi in crucem dati: an altam, an in terrâ depositam? id quæsitum, & vtrunque firmatum. Cap. vii. fol. 42.
- Clauis figi solitos, interdum funibus adstringi. Cap. viii. fol. 45.
- In quibus partibus clauis, & quo numero. Cap. ix. fol. 47.
- Ordo & modus affigendi. An lignum aliquod in Cruce suspendaneum? Cap. x. fol. 49.
- De Titulo, quid is Latinis? quomodo ascriptus aut prælatus. Cap. xi. fol. 52.
- Post fixationem, quomodo mortui in Cruce? languore, aut fame. Vitalitas quorundam. Cap. xii. fol. 53.
- Quosdam à volucris, aut feris etiam viuos laceratos, & plerosque omnes mortuos. interdum & lanceis interfectos. Cap. xiii. fol. 55.
- Crurifragium à Cruce remotum. Quid fuerit, in quos receptum, & quomodo? Cap. xiiii. fol. 57.
- Corrumpi in Cruce passi sunt, & nefas sepelire. Cap. xv. fol. 59.
- Custodia & miles ad Crucé, ne quis detraheret. Cap. xvi. fol. 60.

LIBRI TERTII.

- Transitio ad Rarum figendi Modum. Furca diuisa, & hic de Ignominiosâ dictum. Cap. i. fol. 62.
- De Furcâ Pœnali, & cæfos sub eâ ad mortem. Cap. ii. fol. 63.
- Ligatos ad Furcam in Crucem solere tolli, Furcam & patibulum videri eadem, aut haud longè distita. Cap. iii. fol. 65.
- Quæ forma Furcæ fuerit, obscurè traditum in veterum scriptis. Cap. iiii. fol. 68.
- Ex iis tres sententiæ erutæ, & singulæ explicatæ. Tertiam *ἡ δὲ* *ῥοδὸν* videri. Cap. v. fol. 70.
- Ratio suspendendi per singulas illas formas expofita, atque etiam oculis propofita. Cap. vi. fol. 73.
- De No

- De Nouâ Furcâ, quæ nostrum Patibulum. Tribonianum substituisse passim in Legum libris. Cap. v i i. fol. 75.
- De Raro modo in Schemate. & primùm de Inuersâ suspensione. Cap. v i i i. fol. 76.
- De obliquâ suspensione, de varicante, & inter arborescissione. Cap. i x. fol. 79.
- De Modo qui Fine diuersus. primùm de his qui in Cruce vstulati Cap. x. fol. 80.
- De his qui bestiis in Cruce objecti. Cap. x i. fol. 82.
- De mortuorum in Cruce suspensione. Cap. x i i. fol. 83.
- Equo ligno Crux fuerit ? Item in Monte plerumque defixam, ipsam sæpe altiusculam. Cap. x i i i. fol. 84.
- Cruz sublata, atque etiam Crurisfragium forasse. Quando id factum, quæsitum. Cap. x i i i i. fol. 87.
- Honores quos Constantinus Cruci habitum iuit. Signis ea & vexillis imposita, aut inserta. Cap. x v. fol. 89.
- Cruz in militum armis : in Imperatorum capite & manibus : in monachorum veste : inferi eam præferunt & templa. Cap. x v i. fol. 91.
- Laudatiuncula Crucis. Cap. x v i i. fol. 95.



I

I V S T I L I P S I
D E C R V C E
L I B E R I.

C A P. I.

Precatiuncula. Materies & ordo operis.



GGREDIOR de CRUCE scribere, sed tuam prius opem auxiliumque inuocans qui eam consecrasti, & infame illud lignum instrumentum fecisti publicæ salutis. Tu Deus à Deo genite, homo ex homine genite, hominibus genite, da mihi vera, da recta scribere, tibi in honorem, Cruci in splendorem, nobis in fructum. Materies & ordo mei operis iste. *Quid* Crux, & *Cuiusmodi* fuerit: *Vbi*, *Quare*, *Quomodo*, & *Quatenus* usurpata. Hæc omnia non distinctè solum, sed diffusè dicam: nec displicebit accuratio illi, cui salutare hoc signum placebit.

Crucis nomen polysemon. Hac nostra Gabalus etiam dicta, item Infelix lignum, & Infame. Sed & Crux non in ligno.

Crux quidquid cruciat.

CRUX significatione duplici, Laxâ & Adstrictâ. Illa est, cùm pro omni angore, tormento, atque etiam interitu sumunt. vt Comici passim, qui *Abire* iubent *in malam Crucem*: vt Gracchus, qui dixit (alio etiam genere) *Malo Cruce perire*: vt Plautus de homine merso aquis, *Abstractum in maximam malam Crucem*. Sed & Terentius à cruciando, Meretrices dixit *Crucis*: nec dissimiliter Plautus, *Aliqua mala Crux semper est, quæ aliquid petat*. Paullò diuersius illud ejusdem: *Quæ te mala Crux agit at?* quod ad fine istis, *Quæ larux, aut quæ intemperix?* At Adstricta significatio est hæc mea, & vulgo receptissima, cùm peculiariter cruciatum & interitum notamus in ligno. Quid ita? credo, quia eximius ille, mors tarda & planè cum sensu. Dixerunt & alio nomine *Gabalum*. Nonius ex Varrone citat: *Nos barbari quod nocentes in gabalum suffigimus homines, vos non barbari noxios absoluitis*. Quæ vox etiam in priscis Glossis, sed vocali mediâ mutante: *Gabulum*, Βάου & explicatque laxè, vt vides, & pro quocunque tormento. Dixerunt aliter, *Infelicem arborem, lignum, stipitem*. In carmine horrendo apud Liuium: *Caput obnubito, arbori infelici*

Menæch. Prolog.

Aulular.

Ibidem.

Mors in ligno.

Gabalus.

In Gabalum.

Infelix arbor.

Lib. 1.

Suspen-

suspendito. De Cruce accipi res docet, & Cicero, qui in eâ pro Rabirio palàm sic interpretatur. &

Epist. c. i. Seneca: *Inuenitur qui velit adactus ad infelix illud lignum trahere animam tot tormenta tracturam.* Infelix lignum.

In Octa- uio. Minutius Felix: *Deus ligneus, rogi fortasse vel infelicitatis stipitis portio: id est, crucis.* Dixit & *Infamem* Poëta incertus Infelix stipes. Infamia stipes.

*Noxius infami districtus stipite membra,
Sperat & à fixâ posse redire Cruce.*

Natæ appellationes à iudicio & sensu vulgi, quibus hoc supplicium in horrore pariter & vilitate. Itaque Apuleius (in meo quidem & prisco libro)

Lib. r. de Affin. *Damnatam Crucem dixit. *Damnatam, inquit, iam Crucis candidatus: bene, & pro hoc sensu.* Et si autem Crux propriè in ligno: tamen adnoto, similitudine etiam ita dictam suspensionem aut fixationem in aliâ paraturâ, puta in monte aut petrâ. Sic *Vulgò destinatus.

Lib. r. ad- uersus Marc. ca. i. Tertulliano sunt *Cruces Caucasorum*, alludenti ad Cruces in petrâ.

Promethea illic affixum: quem ipsum Lucianus describit & appellat *στυβωδέστα*. Sic & Manilius de Andromedâ, quæ in scopulo vinceta & ceto exposita: *Et cruce virgineâ moritura puella pependit.*

Lib. v.

CAP. III.

Nomina phrasésue ad hoc supplicium: Figere, Configere, Cruciare. item Cruciaris, pro appendendo.

CRUCIS hæc nomina: supplicij quod per eam, ista. *Cruci suffigere.* vt Velleius de piratis, quos Cæsar, inquit, *Cruci suffixit. In cruce suffigere.*

figere. vt Hirtius. Juba Numidas eos, qui loco amisso fugâ se receperant, in cruce omnes suffixit.

De bello Africo.

Figere.

Item *Cruci affigere, & Cruci figere*, crebra in libris. Illud minùs, *Figere ἀπὸς*, & sine additione.

De patientia, cap. III.

Configere.

Tertullianus sic vtitur: *Taceo quod figitur* (Christus:) *in hoc enim venerat. Quod idem Configere* Paulinus Nolanus Episcopus dixit:

Natali IX. Felc.

Agnoscant trepidi, quem confixere rebelles.

de Christo ad iudicium venturo. Etsi Tertullianus paullo aliter, *veterem hominem confixum esse*

De Resur. carn. cap. XLVII.

Christo dicit: quod vulgò, *vnâ crucifixum*. Suo etiam & proprio verbo appellarunt *Cruciare*.

Cruciare.

Ausonius: — *Cruciauerat illic*

In Cupid. ne crucif.

Spretâ olim, memorè Veneris, Proserpina Adonim.

Hegefippus: *Capiebantur innumeri* (Iudæi,) *quingenti, fermè ad diem cruciabantur.* quod est in cruce agebantur: atque Iosephus in istâ ipsâ re dixerat, ἀνεσώποδοντο.

Lib. v. ca. XLVII. Lib. VI.

Paulinus:

Excid. cap. XII.

— *Cruciatâ in carne coruscum*

Natal. IX. Fel.

Agnoscant trepidi.

Glossæ veteres: *Cruciat, * crucificat*, σωποῖ. Ita & *Cruciaris* dictus, is qui in cruce, vel qui eâ dignus.

Ita eadem:

Crucificatus,
ἐσωπομῆν.

In ipsâ, vt Petronius: *Cruciarij vnus parentes vt*

In Satyr.

viderunt, noctu laxatam custodiam, detraxere pendentem. Et in Declamationibus Calpurnij Flacci inscriptio: *Padagogus cruciaris, & Peregrinus*

Declamat. XVII. & XXIII.

cruciaris. de his qui appensi jam in cruce. At qui eâ digni, per conuicium aut minas quoque sic nominati.

Cruciaris, ὁ σωπομῆν.

Isidorus: *Cruciaris, eo quod sit cruce dignus.*

gnus. Apuleius: *Nec tantillum cruciarius ille deter-
ritus.* Ammianus: *Longum est, quæ cruciarius ille
conflavit.*

CAP. IIII.

*Græcorum verba ad Crucem & crucifixionem. Hesy-
chius & Ovidius emendati, iste etiam explicatus.*

ISTA Latinis: Græcis duo ferè Crucis nomina,
Σταυρός & Σκόλοψ. Illud frequentius: quod ta- Σταυρός
quid?
men propriè non nisi stipitem signat singularem
& erectum. Latinè dixeris *Palum* siue *Vallum*.

In Odyff.
ξ. initio.

Eustathius: Σταυροί, ὄρθα καὶ ἀπωξυμυθία ξύλα· τὰ Vnde vox
facta?
ἐσώαρα ὡσαῦτοις μὴ λαλοῦσιν δι' ἡρώς· ἡρόν) ἢ ὡσαῦ
τῶ εἰς αἴρα σασι, ἢ ὡσαῦτ' εἰς δῖρος ἴσαθαι. (Θ) ἢ αὐτὶ
Σκόλοπες λέγον): *Stauri sunt, ligna recta & præ-
acuta: quæ & Stauara dicuntur ab ijs qui minùs in-
genue loquuntur. facta vox, vel quòd ad aërem stent,
vel quòd in latum.* Hi ipsi & Scolopes dicuntur.

Quod ait, *eis δῖρος* vel *in latum*, de pluribus iun-
ctis verum est, vt solet in castrorum vallo. Neque
immuto; etsi ex Hesychio paullo aliter deriuante,
possim. Ille sic: Σταυροί, (Θ) κατὰπεπηγότες σκό-
λοπες, χάρσες, καὶ πρῶτα τὰ ἐσώα ξύλα. ἀπὸ τ' ἐσά-
ναι σταυροί, ἢ ἐν τ' εἰς τῶ αἴρα ἴσαθς: *Stauri, defixi
stipites sunt, valli, & omnia ligna recta stantia: ab
eo quòd stent Stauri, vel quòd ad auram consistant.*
Alluisse ad postremum hoc etymon Prudentius

Περὶ σεφ.
Hymn. xi.

videatur. — *Cruis istum tollat in auras*

Videntesq; oculos offerat alitibus.

Luciani
iocosâ de-
rivatio.

Hæc Grammatici, sed Lucianus ingeniosè & pro
argumento, in Iudicio vocalium, deriuat à Tau
litterâ, quæ figurâ crucem refert. Αἰτ' ἀπὸ τῆς Τυ (Ἐ
Ταυ) καὶ τῶ τεχνήματι τῶ ποιηρῶ τῶ ποιηρῶ ἐπωνυ-
μῶν (ωελθῆν: *ab istâ etiam, instrumento pessimo*
(cruci) *pessimum nomen venisse*). Atque hoc in fi-
ne etiam dialogi iterat. Ιαμ Σκόλοψ propriè,
vallum, sudemq̄ue significat acutam. Hesychius:
Σκόλοπες, ἕξια ξύλα ὀρθά: *Scolopes, acuta ligna, re-*
cta. Homerus:

Σκόλοψ
quid?

— Σκόλοπες ὃ ἐν αὐτῇ [τάφρω]

Οξέες ἐσῶσιν.

Iliad. 24
vers. 63.

Ibi Eustathius: Σκόλοπες, ὀρθά ξύλα καὶ ὀξεία, ἃ καὶ
σταυρῆς ἐκάλουν· ἐφ' ἧς ὁ κρεμαδέντες ἀνεσταυρῶσθαι
καὶ ἀνεσκολοπίσθαι ἐλέγοντο: *Scolopes recta ligna ἔσ-*
acuta, quæ ἔσταυρος vocabantur: in quibus appensi,
cruci aut vallo figi dicebantur. Et benè, quòd duo
illa verba suggerit, quibus ipsam crucifixionem
signabant, *Ανασταυροῦν* & *Ανασκολοπιῶν*. Ità enim
plerumque compositè, ad elationem scilicet fixio-
nemq̄ue in alto notandam: etsi aliàs etiam sim-
pliciter, *Σταυροῦν* & *Σκολοπιῶν*. Sunt & alia duo
verba, quibus vulgò valdè vsi, *Προσηλῶν* & *Κρε-*
μῶν siue *Ανακρεμῶν*. quorum illud clauationem
ipsam in ligno propriè notat, hoc suspensionem.
In illo, scriptoris aliquis error videtur apud Hesy-
chium: *Προσήλω*), *ἀνέσρω*), atque ego rescribam,
ἀνεσῶρω). In isto, sæpe interpretum, qui ad sus-
pensionem vulgariam & in laqueo aptant. Ita
quod

Hesychius
correctus.

- Lib. vi. quod Arrianus narrat de Musicano: τῆτον κρεμάσαι
 Ἀλέξανδρῳ κελδίαι ἐν τῇ αὐτῆ γῆ: aliter versum le-
 gi, cū sic debuerit: *Hunc Alexander crucifigi in
 suapte regione iubet.* Curtius satis præit, qui scribit
 in *crucem sublatum.* Ità quod Diodorus Siculus
 Lib. xi. xi. in ejusdem Alexandri rebus, de Tyro captâ: ὄν τῶ
 νέοις πάντας, ὄντας ὄκτα ἐλάτοις τῶν διχιλίων, ἐκρέμασεν:
 idem Curtius rectè: *Duo millia crucibus affixa, per
 ingens litoris spatium pependerit.* Et exempla
 pluscūla. Tale apud Latinos ipsum *Suspendere*,
 quod ad *Crucem* referendum moneo iuuentu-
 tem. Ut in Silio:

Lib. i. *Hunc postquam diro suspensum robore vidit.*

Epist. vii. In Senecâ: *Latrocinium fecit aliquis. quid ergò me-
 ruit? ut suspendatur.* in Ouidio:

In Ibia. *More vel intereas capti suspensus Achai,
 Qui miser auriferâ teste pependit aquâ.*

- Lib. viii. Quibus versibus vera historia & sensus è Polybio Ovidius
 explica-
 tus. reddatur iste. Antiochus rex per fraudē Achæum
 ex arce Sardinum deduxit, & per insidias cepit.
 Καὶ ἔδωξεν, addit, πρῶτον μὲν ἀκρωτηριάσαι τὸν ταλαίπω-
 ρον, καὶ τῶ ταύτῃ κεφαλῇ ἀποτεμόντας αὐτῆ, καὶ κα-
 ταρρίψαντας ἐς ὄνειον ἀσινόν, ἀναστραῦσαι τὸ σῶμα: Et
*visum est, primò admutilare illum miserum & ex-
 tremas partes succidere, deinde capite ejus resecto &
 in asininum culleum coniecto, reliquum corpus cruci-
 figere.* Hæc res: sperne aliorum inanes logos.
 Sed & mecum lege, *teste pependit aquâ:* non *triste*
 aut *reste*, quod vulgatur. Vult enim, eum non in
 ipsâ Leuiter
 emenda-
 tus.

ipsâ auriferâ aquâ, id est Pactolo, suspensum: qui potuit? sed juxta eam, atque illâ quasi arbitrâ & inspectante. Pactolus autem haud longè Sardes, vbi hæc gesta.

CAP. V.

Divisio prima Crucium: Et de specie vetustissimâ dictum, Affixione. Tertullianus per occasionem correctus, atq; Jsis eadem cum Cerere existimata,

*Cruce
simplex.*

VERBA non vltra me tenent: rem ordiamur. cui illustrandæ duplex genus Crucium statuo, *Simplex & Compactum*. Illud voco, cum in uno simpliciq; ligno fit affixio, aut infixio. Quæ crux, meo iudicio, prima fuit, & in aliam speciem à rudi hac ventum. Sed ea quoque duplex, vt tetigi: altera ad *Affixionem*, altera ad *Infixionem*. Nam aliàs ad arborem siue stipitem alligabant figebantue hominem. vt in *Cupidine crucifixo* Ausonij, quem sic describit:

Eius discrimen.

*Eligitur masto myrtus notissima luco,
Invidiosa Deum pœnis. Cruciauerat illic
Spreta olim, memorem Veneris, Proserpina Ado-
nim.*

*Huius in excelso suspensum stipite Amorem,
Deuinctum post terga manus, substrictaq; plantis
Vincula merentem, nullo moderamine pœnæ
Adfigunt.*

Verba omnia nota: videbis & in arboris stipite appensum, nec manibus expansis, sed à tergo deuinctis,

uinctis, denique nec clavis sed funibus substri-

Apolog.
cap. VIII.

ctum. Simile in Tertulliano, de Tiberio: qui *In arboribus Ap-*
Saturni sacerdotes, vt inquit, *in eisdem arboribus* pensio.



XXIII.
Septembr.

templi sui, obumbratricibus scelerum, votivis Crucibus exposuit. In Martyrologio, de Paphnutio: Ipse palma arbori affigitur, ceteri autem ferro necantur. Nec ambigimus arbores plerumque huic rei seruisse, præsertim in grandi numero cruciandorum, siue recisas leuiter & ad Crucem aptatas, siue etiam comantes. Sed & in stipite simplici idē fuit.

Siue in rudi stipite.

Apolog.
cap. XVI.

Ex Tertulliano: *Quanto distinguitur à Crucis stipite Pallas Attica, vel Ceres Farrea, quæ sine effigie, rudi palo & informi ligno prostant?* Nam rudem ecce palum componit & assimilat cum Cruce. Sed in ejus verbis menda de Cerere Farreâ. Cur enim sic appellet? an quia far inuenerit? esto. atqui non omnis Ceres sic efficta, sed certa aliqua, & in loco quem voluit expressum: sicut de Pallade, quæ Athenis. Legendum arbitror, *Faria* siue

Tertullianus emendatus.

Ceres
Pharia,
sive Aegy-
ptia.



Pharia: quasi dixerit
Cererē, quæ in Ægy-
pto. Et intellegi cre-
dam Isidem: quæ no-
mine diuertit à Cere-
re, numine commu-
nicat. Ità Herodotus:
Δημήτηρ δὲ, Ἰσις. In
Apuleio, ipsa de se
Isis: *Me primigenij*
Phryges Pessinuntiam
matrem nominant, me
Eleusiniy vetustam,
deam Cererem. Euse-
bius de Præparatio-
ne: Φασὶ τὸν Ἄιγυ-
πτιοὺς τὸν μὲν Ὀσίρου εἶναι

Lib. xx.
de Asin.

Lib. m.
cap. x.

τὸν Διόνου, τὸν δὲ Ἰσὶν τὸν δὲ Δημήτρου: *Aiunt Ægy-
ptij Osirim esse Bacchum, Isidem verò Cererem.*

C A P. V I.

*Alteræ Simplicis Crucis species, Infixio. Seneca,
Hesychius, Plato, Plinius, illustrati.*

ATQUE hæc fuit in Simplici Cruce Affixio:
est & in eadem Infixio. qualis? *cum nudum*
hominem erecto acutoq; stipiti infigebant, eâ formâ
& facie quam exempla hæc docebunt. Seneca:

*Infixio,
quæ vulgò
Impalatio.*

*Video istæ Cruces nec unius generis, sed aliter ab
alijs fabricatas. Alij capite conuerso in terram sus-
pendere,*

Consolat.
ad Mart.
cap. xx.

pendere, alij per obscena stipitem egerunt. Duo in
ijs verbis obserues, & Cruces varias fuisse, quod
nunc diducimus: & inter eas, Infixionem. Quam
magis etiam aperit idem Seneca: *Cogita hoc loco*
carcerem & Cruces, & adactum per medium homi-
nem, qui per os emergat, stipitem. Viden' clarè me-
dium hominem scissum & transfossus: Atque
id imagine etiam illustrat Hesychius: *Σκόλοψιν*, Σκόλοψιν,
ea dicta
ὡς ὀπίσθιν· τὸ γὰρ παλαιὸν εἶδον κακουργούτους ἀνεσκολοπι-
ζον, ὁξυῶντες ξύλον διαρραχέως καὶ ἔνωτες, καθάπερ εἶδον
ὀπίσθιους ἰχθύς ἐπὶ ὀβελίσκων: Sudifixionem dixe-
ris, quasi Assationem. Nam antiquitus maleficos
sudi infigebant, acuto ligno penetrantes spinam &
dorsum, sicuti assos in veribus pisces. Vbi amplius
disco, propriè hoc esse *Σκόλοψιν*, & *Σκολοπιζεν* vbi
legitur, plerumque referendum ad hanc formam.

Ista Crux nescio an Mæcenati etiam descripta: Mæcenati
lux.
cuius versus apud Senecam iam olim sic legimus:

Hanc mihi, vel acutâ

Si sedeam Cruce, sustine.

Vita dum superest, bene est.

Vult miser & adsuspirat viuere, etiam inter tor-
menta, & in istâ maximè cruciante Cruce, quam
signanter dixit *Acutam*. Sed aijt etiam *Sedere*: be-
nè. Nam ille profectò habitus hominis ab infero
in superum sic transfixi. Hoc ipsum genus *Ανασ-*
κινδυλώσεως dictum Græcis, quasi diffindere & dif-
secare. Hesychius: *Ανασκινδυλώσεως, ἀνάσκολοπιδῆ-*
σαι. Plato eo verbo vsus: *Μασιγώσε*), *σεβλώσε*), *τε*

Et Tili-
toni.

λατῶν ἢ πῶτα κακὰ παθὼν δῖασκινδυλαθῆσε⁶): *Flagellabitur, distorquebitur, denique omnia mala passus Cruce diffindetur.*

Et Plinio.



Lib. VIII.
cap. XVI.

Plinij etiam verba huc referā narrantis, Polybium cum Scipione in Africā leones homicidas *crucifixos* vidisse, quia ceteri metu pœnæ similis absterrerentur eādē noxâ. Quis enim credat operosam & cōpositam crucifixionem illam fuisse? non ego: & accipiam de hac promptâ & fortuitâ in stipite infixione, siue etiam affixione.

C A P. V I I.

In genere de Cruce Compactâ: tum de primâ ejus specie, Decussatâ. Et an hæc sit Andraana?

AT *Compacta* Crux est, quæ manu facta, idq; è duplici ligno. Ita septuaginta Interpretes Ptolomæani, libro Iosue quâ vulgò est, *lignum*, & Chaldæo paraphraste, *Cruce*, ipsi verterunt

* *Lignum geminum.*

* *ξύλον δίδυμον*: bene sanè, ad hanc formam. Hæc est

est plena & vera Crux, in quâ brachia etiam explicantur, atque ideo *Patibulum* non semel dicta. *Patibulum quid proprie.*
 Huius species triplex, vt distinctè imò curiosè edisseram, & semel tollam dubitationes aut lites.

Est *Decussata*, est *Commisssa*, est *Immissa*. Illa prima mihi dicitur, in quâ duo ligna directâ & æqualia, inter se obliquantur. *Crux Decussata.*

In Hierem.
cap. xxxi.

Romani dixerunt. Hieronymus: *Decussare*, est per medium secare, veluti si dua regula concurrant ad speciem litteræ X qua figura est Crucis.

Li. i. Orig.
cap. llii.

Nec minùs clarè Isidorus: X littera, & in figurâ Crucem, & in numero decem demonstrat. Obscurùs paullo alij

Aduers.
Tryph.

Patres & Doctores nostri. vt Iustinus Martyr: qui illud Platonis in Timæo, *Εχιάζειν αὐτὸν ἐν τῷ παντί:*

Iustinus explicatus.

Decussauit eum in vniuerso: adseueranter ad Christum & Crucem nostram retulit, quo nisi hoc aspectu? Iam cùm transuersis obliquatisque manibus benedictionem Iacobi eodem aptant: quid nisi hæc forma in oculis? Damascenus: *Ἰακώβου προσκυήσας τὸ ἄκρον τῆς ράβδου, ἐνηλαγμύρας ταῖς χερσὶ οὕτως Ἰωσήφ βύλογήσας, καὶ τὸ σημεῖον ἔσωσε τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ.*

Lib. llii.
de Orth.
cap. xlii.

Jacob adorans extremum virga, alternantibus manibus liberos Ioseph benedicens, etiam signum hoc Crucis describit manifestissimò.

Et Damascenus.

Quid *χέρεις* istæ ἐνηλαγμύρας etsi non ambiguum, tamen audiamus Cedrenum commodè explicantem. *Ἰσραὴλ (idem cum Iacobo) τὰς χεῖρας ἀμείβων, τὴν μὲν δεξιὰν ἐπὶ τῷ νεωτέρῳ, τὴν ἀριστεράν δὲ ἐπὶ τῷ πρεσβυτέρῳ τὴν κεφαλὴν πτεῖς: Israel manus*

permutans, dextram quidem in iunioris, sinistram
 vero in senioris caput imponens. Et Tertullianum
 in istâ ipsâ re: *Impositis & intermutatis manibus*
benedixit, & quidem ita transversim obliquatis in-
ter se, ut Christum deformantes, jam tunc portende-
rent benedictionem in Christum futuram. Quomo-
do Christum deformârunt illæ manus? imò Cru-
cem: & sic mihi libido aliquando legere: sed re-
fræno, & accipio Christum crucifixum. Hæc illa

De Baptis.
 cap. VIII.

Cruz An
 drama.



* Vii & in
 Abdia lib.
 xxx.

est quã Andræanam
 hodie dicimus, vali-
 dâ & satis veteri fa-
 mâ diuum istum in
 eâ cruciatum. Anne
 verâ? facit me vt am-
 bigam Martyrolo-
 gium Romanum: in
 quo hoc saltem *le-
 gas, *in Cruce suspen-*
sus. & magis Hip-
polytus, qui scribit
Crucifixum Patris in
Achaiâ, ad arborem
oliva rectum. Quid
magis cõtrâ famam?
 Atque hæc fixio ad
 Simplicem nostram

In Com-
 ment. Græ-
 co.

potiùs abeat, longè à Decussatâ.

CAP. VIII.

*Commiffa Crux quid nobis fit? exemplis teftibusq̄
asserta, tum etiam veftigio noſtra lingua.*

IAM Commiffam Crucem appello, cum ligno ere- Commiffa
cruz.
cto breuius alterum ſupernè, & in ipſo capite com-
mittitur, ſic vt nihil exſtet. ea forma examuſſim

eſt in T litterâ, quam vno ore omnes cum Cruce
componunt. Lucianus vbi Tau accuſatur: τὸ γὰρ

τοῦτε ῥωματί φασι εὖν τεράωνες ἀκολοθῆς δῆσ δῶλας καὶ
μυνησαμῆρους αὐτῶν τὸ πλάσμα, ἕπειτα γήματι τοῖς τῶ
ξύλα τεκλῆναι τας, ἀνδρῶποις ἀβάσκολοι πῖλιν ἐπ' αὐτά:

*Huius enim corporis filium tyrannos aiunt, secutos,
ejuſq̄, ſpeciem imitatos, ſimili deinde figurâ ligna fa-
bricaffe, & homines in ijs fixiſſe.* Palàm eſt Cru-

cem intelligi. Tertullianus: *Ipsa enim littera Gra-*
corum Tau, noſtra autem T, ſpecies Crucis. Ifido-

rus: *Tau littera ſpeciem Crucis demonſtrat.* Hiero-
nymus: *Antiquis Hebraeorum litteris, quibus uſque*
hodie Samaritæ utuntur, extrema Tau Crucis ha-
bet ſimilitudinem. Paulinus Nolanus: *Chriſtus*

non multitudine nec virtute legionum, ſed iam tunc
in ſacramento Crucis, cuius figura per litteram Gra-
cam Tau numero trecentorum exprimitur, aduerſa-
rios Principes debellauit. Adſtruunt etiam pictu-
ræ, & noſtra lingua. In illis quidem, paſſim ho-
die videas D. Antonij vetuſtiſſimi monachi pe-
nulæ & manui aſſui aut imponi hanc crucem.

An quia Ægyptius ille vir, quibus iam olim no-

tum,

xri. aduer.
Marcion.

De vocat.
gent.

In Ezech.
cap. ix.

Antonia-
na Cruz.

tum, & inter sacra hoc signum? Certè in obeliscis, qui inde Romam vecti, sculptum sic vidimus ☩: cum anulo tamen vel ansulâ supernè, nec satis solidè scio ad quam rem aut vsum. Sed de præcipuâ ipsâ notâ, dignum aliquid notâ Ecclesiasticæ nostræ historiæ prodiderunt. Ruffinus:

Signum hoc dominica Crucis, inter illas quas dicunt Lib. 11.
cap. xxix.
ιερατικὰς id est Sacerdotiales litteras habere Ægyptij dicuntur, velut unum ex ijs qua apud illos sunt litterarum elementis. Cuius litteræ seu vocabuli hanc

Significatio eius.

asserunt esse interpretationem, VITA VENTURA.

Sozomenus: Φασὶ δὲ Ἐναοὺ καθαιρεμῶν τούτου (Ἐ Lib. v r r.
Eccl. Hist.
cap. xv.
Σαραπίδος) ἰναὸς τῶν καλεμῶν ἱερογλυφικῶν χαρακτῆρων σαυροῦ σημεῖον ἐμφερῆς ἐγκεχαραγμένους τοῖς λίθοις δὴ ἀφωθῆναι. παρ' Ἰησιμῶνων ἢ τὰ τοιαῦτα ἐξηγεῖσθαι σημαίνει ταύτην τὴν γραφὴν, ζωὴν ἐπεχομένην. *Aliunt templo isto (Sarapidis) diruto & disiecto, quasdam ex ijs, quas vocant Hieroglyphicas notas, similes signo Crucis inscriptas lapidibus apparuisse. Ab ijs autem, qui docti hac talia, explicatam eam notam, significare Vitam venturam.*

In Suidâ etiam historiola hæc breuiter. Ἐπὶ Θεοδοσίῳ Ἐ μεγάλου βασιλέως καθαιρεμῶν τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν, διέβησαν ἐν τῷ Σαραπίδος νέῳ ἱερογλυφικὰ γράμματα σαυροῦ ἔχοντα τύποις. ἀπὸ θεασάμενοι οἱ Ἰξ Ἑλλήνων χειρταλίσαντες, ἔφασαν σημαίνει τὸν σαυρὸν παρὰ τοῖς ἱερογλυφικὰ γνώσκουσι γράμματα ζωὴν ἐπεχομένην. *Theodosio magno regnante, cum fana gentilium diruerentur, inuenta sunt in Sarapidis templo*

Hiero-

Hieroglyphica littera habentes Crucis formas. quas videntes ij qui gentilium Christo iam addicti erant, aiebant significare Crucem apud peritos Hieroglyphicarum notarũ Vitam venturam. Atqui & à linguâ argumentum petij, sed nostrâ. Nos inquam Belgæ hodie, bacillos in hanc formam, quos ægrorum brachijs sustentaculum subijcimus, vocamus ipsâ Latinâ voce Cruccas.

CAP. IX.

Affirmata Crux fmissa è scriptis maximè Patrum: ipsi alij per alios, & imaginibus per nos etiam, explicati.

DENIQUE *fmissa* crux est, cum ligno erecto transversum alterum injungitur atque

Immissa quid?



immittitur, sed sic ut ipsum secet. Ita eminentia hîc semper aliqua & capitellum, aliter quàm in Commisâ. Etiã anguli hîc siue fines quaterni, illic terni. Quis de istâ ambiget? Ingerunt eam oculis Picturæ pariter & Scripturæ prisce. Sed illas omitto aut differo: hæ variæ & obuiæ sunt, atque exijs eligam, non colligã, nostro more.

C Iusti.

*A Iustino
descripta.*

Iustinus signanter in primis deformat aduersus Tryphonem. Explicat vetus illud vaticinium de Vnicorni, & ad Crucem sic aptat. Μονοκέρωτος γὰρ κέρατα ἕδενός ἀλλὰ πράγματος, ἢ γήματος ἔχει ἀντις εἶπειν ἔδωδεῖξαι εἰ μὴ ἔ τύπεος ὅς τὸν Σίλωρον δεικνυσιν. ὄρθιον γὰρ ἐν ἑστῷ τῷ ξύλον, ἀφ' ἧς ἐστὶ τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρατος ἐπηρμηδρον, ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον παραρμηδοῦ, ἔ ἐκάλειρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἐνὶ κέρατι παρεσθυγμολία τὰ ἀκρεα φαίνε). καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμηδρον ὡς κέρατος ἔ αὐτὸ ἰξέχον ἐσιν, ἐφ' ᾧ ἐποχοδόν) ④ σαυρέμνοι: Unicornis enim cornua alteri rei aut figura haud quispian similia dixerit aut ostenderit, quam illi que Crucem refert. Rectum enim unum est lignum à quo est suprema pars in cornu sublata, cum alterum lignum aptatum est: & utrimque tanquam cornua illi uni cornu coniuncta, extrema apparent: ἔ illud in medio defixum, ἔ ipsum tanquam cornu eminent, in quo requiescunt & innituntur crucifixi. Obscuriuscula alibi verba, sed hac parte liquidissima, quòd eminent unum cornu facit à vertice crucis. Iam alij Patrum, variâ imagine, non sine lasciuiâ quadam ingeniorum & stili eam describunt & notificant. Vt Hieronymus: *Ipsa species Crucis, quid est nisi forma quadrata mundi? Aues quando volant ad aethera, formam Crucis assument.* In Marc. cap. xi. *Homo natans per aquas, vel orans, forma Crucis visitur.* Vt Tertullianus: *Victorias adoratis, cum in Tropaeis Cruces intestina sint tropaeorum. Omnes illi imaginum suggestus in signis, monilia crucium sunt.* Apolog. cap. xvi. *Sypara illa vexillorum & cantabrorum stola cru-*

*ab Hiero-
nymo.*

*Tertullia-
no.*

In Marc.
cap. xi.

Apolog.
cap. xvi.

cium sunt. Laudo diligētiam, nolūstis incultas Cruces consecrare. Ut Minutius Felix: Cruces nec Minutio.
colimus, nec optamus. Vos planē, qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas, ut deorum vestrorum partes, forsitan adoratis. nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum quid aliud quā inaurata Cruces sunt & ornata? Trophæa vestra vittricia non tantum simplicis Crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur. Signum sanē Crucis naturaliter visimus in naui, cum velis tumentibus vehitur, cum expansis palmulis labitur: & cum erigitur iugum, Crucis signum est: & cum homo porrectis manibus Deum purā mente veneratur. Ita signo Crucis aut ratio naturalis innititur, aut vestra religio formatur. Ut Maximus Taurinensis: Maximo.


Grande est Crucis sacramentum, & si intellegamus, per hoc signum mundus ipse saluatur. Nam cum à nautis scinditur mare, prius arbor erigitur, velum distenditur, ut Cruce Domini facta aquarum fluentia rumpantur. Sed & bonus agricola, cum parat terræ solum vertere, non nisi per signum Crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale subijcit, afficit (lege, affigit) aures, stiuam inserit, figuram Crucis imitatur. Cælum quoque ipsum huius signi figurā dispositum est. Nam cum quatuor partibus distinguitur, Oriente, Occidente, Meridiano, ac Septentrione, quatuor quasi Crucis angulis continetur. Ipsius etiam incessus hominis, cum manus leuauerit, Crucem pingit. atque ideò eleuatis manibus

*Iterum
Iustino.*

orare precipimur, ut ipso quoque membrorum gestu
passionem Domini fateamur. Et diffusissime
omnium Iustinus: Κατανοήσατε πάντα τὰ ἐν τῷ κόσ-
μῳ, εἰ ἄνθρωπος ἔχει χημάτος τέτρα (Σίλωρον) διοικείται, ἢ κοι-
νωσίαν ἔχει διῶα. Θάλασσα μὲν γὰρ ἐτέμνε, λέω μὴ
τοῦτο τὸ τροπαίον ὃ καλεῖται ἰσίν ἐν τῇ νηὶ σάου μείνη.
γῆ δὲ ἔσκη δροῦται ἄνθρωπος αὐτῶ. σκαπανεῖς ὃ ἐργασίαν ἔ-
ποιεῖ, ἔδὲ βαναυουργοὶ ὁμοίως, εἰ μὴ διὰ τῶν τῶ χημά-
τοῦτο ἐχόντων ἐργαλείων. τὸ δὲ ἀνθρώπινον χημά ἐδὲν
ἄλλω τῶν ἀλόγων ζώων διαφέρει, ἢ τῶ ὀρθόν τε εἶναι, καὶ
ἐκτασθὶν χερῶν ἔχειν, καὶ ἐν τῶ προσώπῳ ἀπὸ ἑξελωπίου
τεταμένον τὸν λεόμενον μυζωτῆρα φέρειν, δι' ἧ ἢ τε ἀνα-
πνοή ἐστὶ τῶ ζώω, καὶ ἐδὲν ἄλλο δεικνύσιν ἢ τὸ χημά τοῦ
Σίλωρον καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δι' ἐσύμβολα τῶ ἑξελωπίου
τέτρα διῶαμιν δηλοῖ. * * * λωμὴν καὶ τῶν τροπαίων δι-
ῶν αἰτε προσδοκί ὑμῶν πανταχοῦ γίνον, τὸ δὲ ἀρχῆς καὶ δυ-
νάμεως τὰ σημεῖα ἐν τέτραις δεικνύτε, εἰ ἔμὴ νοῦντες ἑ-
το πρότετε. καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποδησοκόντων αὐτοκρα-
τῶν τὰς εἰκόνας ἑπὶ τέτραι τῶ χημάτι ἀνατίθετε, καὶ
θεὸς διὰ γραμμάτων ἐπονομάζει. *Considerate om-
nia qua in mando sunt, an sine signo hoc Crucis gu-
bernentur, aut possint praeberere sui usum. Mare enim
non scinditur, nisi tropaeum istud, quod malus appel-
latur, saluum in naui maneat. Terra non aratur
sine eo. Fossores verò opus non absolunt, neque alij
item operarij Mechanici, nisi per instrumenta qua
formam hanc referant. At humana figura non
alià re belluis differt, quàm quòd, ἔσ ῥεττα sit, ἔσ ma-
nuum extensionem habeat ἔσ in facie à fronte pro-*
ten-

*Apolog.
II.*

*tensum nasum per quem & respiratio animalibus est, neq; aliud demonstrat quàm signum hoc Crucis. Sed & apud vos nota huius signi potentiam decla-
 vide Not. rant: * cum alia quadam, tum tropæa, ob quæ pro-
 gressus & expeditiones ubique vobis sunt impe-
 rij & potentia signa in istis præferentes, et si ignoran-
 tes hoc facitis. Et Imperatorum qui apud vos mor-
 tui sunt imagines in hac figurâ ponitis, & Deos
 per litteras appellatis. Quæ pluscula posui, quia
 me quoq; inter exscribendum delectarunt inuen-
 tiunculæ istæ Patrum. Spero & te, si plenè intel-
 leges: atque adminiculum, figuras istas, habe.*



CAP. X.

In quâ Crucium formâ Christus mortem tulerit? videri in ultimâ, argumento è Patribus & picturis. Ruffini non bona fides notata in verbis Pauli citandis siue explicandis.

HABES omnes Crucium species. In quâ earum ille mortuus, qui morte suâ nobis vita? Nè quærendum quidē censeam, nisi dubitâsse & disputâsse viderem viros graues & sacrorum peritos. ego arbitror & pronuncio, in hac postremâ. in illâ inquam, quæ quatuor finibus vniuersum orbem complexa est, non sine mysterio, quod toti orbi mortuus, Saluator noster pependit. Tangit hoc & docet Sedulius:

Lib. I III.

*Nè eue quis ignoret speciem Crucis esse colendam,
Quæ Dominum portauit ouans, ratione *potenti,
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous,
Occiduo sacra labuntur sidere planta,
Arcton dextra tenet, medium laua erigit axem.*

D. Paulus explicatus.

Et auctoritas etiam firma à D. Paulo. ejus hæc verba, *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, & sublimitas & profundum*, plerique Doctorum veterum referunt ad Crucem. Augustinus: *Erat latitudo, in quâ porrecta sunt manus; longitudo à terrâ surgens, in quâ erat corpus infixum; altitudo, ab illo innexo ligno sursum quod eminet; profundum, ubi fixa erat*

Ad Ephes. cap. I II.

In Psalme CIII. & alibi.

Cruce,


De Orth.
lib. I III.
cap. XII.

Crux, & ibi omnis spes vita nostra. Damascenus: *Ὡς περ τὰ τέσσαρα ἄκρα ἔστι τῆς Σταυροῦ διὰ τὸ μέτρον κέντρος καὶ ὄψον καὶ σὺς φέρων), ἔτω διὰ τῆς ἑξ ἑοῦ δυνάμεως τῆς τε ὕψους καὶ τῆς βάθος, μήκους καὶ πλάτους, ἢ τοῦ πᾶσι δόξα τῆς τε καὶ ἀόρατος κτίσις (ὡς ἐξέ). Sicut quatuor extrema Crucis per medium centrum vincuntur & junguntur: sic per diuinam potentiam Sublimitas & Profunditas, Longitudo & Latitudo, siue omnis conspicua & inconspicua creatura continetur. Paulam & ipse quatuor fines nominat, & verba Pauli huc adaptat. Ruffinus cur dissentit? qui tres modò agnoscit, & ipsa Apostoli verba (nefas!) admutilat & detruncat. Docet, inquit, *Apostolus Paulus illuminatos esse debere oculos cordis ad intellegendum quæ sit altitudo, latitudo & profundum. Descriptio Crucis est. cuius eam partem quæ in terram defixa est, profundum appellauit: altitudinem verò illam, quæ in aërem porrecta sublimis erigitur: latitudinem quoque illam quæ distenta in dextram laeuamque protenditur.* Mirum, & in verbis Pauli, & in eorum sensu longitudinem vbiq̄e improuidè omisit. An de industriâ eiecit? Culpa, si illud: crimen, si istud. Sed ad rem: Poëtæ quoque & Pictores sunt à formâ istâ. Nonnus disertè scribit, Christum sublatum. *Εἰς δόρυ τελεγεπιδρυρον: in lignum quadrilaterum.* Et in priscis sculpturis (illis meritò fides) quadrata conspicitur hæc forma. Constantinus Imp. in Labaro suo expressit: & Deus ipse in aëre ei deformarat. In columnis eiusdem*

Ruffinū
singularis
sententiæ.

In Sym-
bol.

Crux in
lapidibus.

Cruce in
Lapidibus.
 eiusdem Principis, quæ nunc in cognomine vrbe
 (heu, quò ea recidit?) Crux eiusmodi  insculpta
 visitur, & vtrimque ab alatis Genijs sustentatur.
 Quid, quod in Numis plurifariam sic appâret?
 quorum alibi damus typos. Nec meo sensu, am-
 bigi profectò potest, in tam veteri Christianorum
 sensu. Tamen sunt qui de Commissâ siue de Tau
 formâ contendunt. nec damno, etsi dissideo: quia
 & illi si Titulum supernè addis, efficere atq; ima-
 ginari possis quaternos istos fines.

C A P. X I.

*Apud plerasque gentium Cruces ferè vsitatas. Apud
 Syros, Iudeos, Ægyptios, Persas, Afros, Græcos,
 maximè Romanos. Quando apud eos cœperit?
 An & apud Germanos?*

CRUCES fatis vidimus: vbi gentium eæ in
 vsu fuerint, addam. Etsi vno verbo pænè
 dixerim, vbique gentium receptas. Oriens qui-
 dem plerisque vsurpauit, idque jam olim. De Sy-
 ris in Esthère scriptum: *Suspensus est Aman in pa-* Cap. vii.
Cruce Sy-
ris in vsu. *tibulo, quod parauerat Mardocheo.* De Iudæis, in
Iudeis. *Iosua: qui regem eius (Hai) suspendit in patibulo* Cap. viii.
vsque ad vesperam. Item in Numeris: *Tolle cum-* Cap. xxv.
Ægyptijs. *ctos Principes populi, & suspende eos contra Solem*
in patibulis. Atque in sacris libris sæpius. Ægy-
 ptios etiam vsos reperio vt Thucydides de rege
 Inaro: *αεγυπτια ληφθεισ ἀνεσαρπώδη: proditione ca-* Lib. i.

Lib. xxx. *ptus, in crucem est actus. Et Iustinus, in eâdem Ægypto: Agathocles occiditur, & mulieres in ultionem Eurydices patibulis suffiguntur. Et Persas* *Persis.*

In Thaliâ. crebrò. Herodotus de Polycrate: *Αποκλείνας δὲ μὴ δὲ ἀξίως ἀπὸ γῆραι & Ορεσίμης ἀνεσώρωτος: Interficiens eum (quod indignum relatu sit) Orætes in Cruce suffixit. Ammianus de suo xuo: Ælianus Comes & Tribuni patibulis scelestè suffixi: capti nempe à Persis. Sed Afros vel omnium creberrimè: qui* *Afri.*

Lib. i i. cap. vii. *hibebant. Atq; à Senatu Carthaginensium etiam Duces, bella pravo consilio gerentes, et si prospera fortuna subsecuta esset, Cruci suffigebantur: Video & Græcos vsitâsse. Certè Alexander Macedo Glau-* *Græcis.*

Plutarch.
in Alexan.

cum medicum, & Tyrios, & plures crucifixit. Etiam Xanthippus Atheniensis Artâyctam Persam, de quo apud Herodotum in Calliope extrema leges. Iam Romanis *vetus veterrimumq; (ver-* *Romanis, & quando.*

In Cōstantino.

Lib. i.

Liuiο fides, statim sub primis regibus vsurrunt: & exemplum in Horatio, cui id sub Tullo parabatur. Etsi Cicero dissentire videtur, & horridum illud Carmen ad Tarquinium Superbum auctorem referre. *f* *lictor, inquit, colliga manus. qua non modò huius libertatis mansuetudinisq; non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numa, sed Tarquinij, superbissimi ac crudelissimi regis ista sunt, cruciatus carmina, Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Quæ tamen aut populariter & ad caus-*

Orat. pro
Rabir.

Cicero explicatus.

ſam Cicero dixerit, aut hoc ſentiens, non ab auctore illa Tarquinio fuiſſe, ſed illo maximè digna, & apud eum crebra. Vtrum horum eſt, video etiam liberâ rep. ſtatim in uſu cruces. Dionyſius

Lib. 5.
Antiq.

de ſeruis coniuratis: Καὶ αὐτίκα ὅ μὴ ἔξ οἰκίδων συληθηφθέντες, ὅ ἢ ἐν τῶν ἀγορῶν ἀχθέντες ἀνεσκολοπίσθουσι πάντες. Et ilicò alij quidem è domibus extracti, alij è foris abducti, omnes in Crucem acti ſunt.

*Inſuſi,
& ut arena.

& deinceps *ψαμμακόσιοι, ut cum Græcis dicam, teſtes. Quid Germani? nunquid & illi uſi? diſtra-

An Germani crucifixerunt?

hor. Tacitus videtur dicere: *Proditores & transfugas arboribus ſuspendunt.* ſed fortaliſſis ad laqueum & ſuffocationem hoc aliquis trahat. Tamen idem

De mor.
German.

Videri.

Patibula etiam attribuit: *Quot patibula captiuis, quæ ſcrobis:* quo niſi ſuo & Romano, ſenſu?

Annal. 1.

C A P. XII.

Apud Romanos vile fuiſſe hoc ſupplicium, & plurimum ſeruorum. Quas ob cauſſas ij affecti.

Serui ple-
rumque in
Cruce.

PLVRIFARIAM igitur receptæ Cruces, ſed vix tamen niſi in homines viliores, Romano quidem ritu. Atque apud eos ſeruorum ferè hoc ſupplicium, aut plebeiorum qui iuxta ſeruos. De ſeruis mulier apud Iuuenalem:

Pone Crucem ſeruo.

Sat. vi.

Et alia apud Petronium: *Nec Dij ſinant, ut amplexus meos in Crucem mittam.* Ita enim venuſtè ſeruum cruciarium appellat, quâ facie ſermo-

In Saty-
rico.

nis

nis Scelus pro scelesto. Seruus ipse apud Plautum comiter fatetur.

In Militic.

*Noli minitari, scio crucem futuram mihi sepulcrum,
Ibi maiores mei siti sunt, pater, avus, proavus,
abavus.*

Atque adè peculiare hoc seruis, vt nomine *Seruilis supplicij* CruX veniat capienda. In Tacito: *Seruite supplicij, quid?*

III. Hist.

Asiaticus (enim is libertus) malam potentiam seruili supplicio expiauit. Iterum: Sumptum de eo supplicium in seruilem modum.

In Auidio Cassio.

In Vulcatio explicatiùs: Centuriones rapi iussit & in crucem tolli, seruilique supplicio affici. In Capitolino: Nam & in crucem milites tulit, & seruilibus supplicijs semper affecit.

In Macro- no.

Ergo Liuium sic euolues: De captiuis, ut quisque liber, aut seruus, sua fortuna à quoque sumptum supplicium est. Suæ fortunæ: nempe CruX seruo reposita, gladius aut securis libero.

De bello Hispan.

Ipsum hoc ita in Hirtio legas: Prehensti serui tres, & vnus è legione vernaculâ. Serui sunt in crucem sublati, militi cervices abscisæ. Seruile igitur hoc supplicium, sed non ob leuem aut cottidianam noxam.

Horatius indicat:

Lib. I.
Serm. III.

*Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus
Semefos pisces, tepidumque ligurrierit ius,
In cruce suffigat; Labeone insanior inter
Sanos dicatur.*

Causse grauiorẽs ad Cru- cem.

Indicat, inquam, graues fuisse & in extremo supplicio extremas causas. Sed quas illas? ægrè vni-

*Vt Dela-
tio.*

uerfas dixerim: quasdam adnumerabo. Delatura domini. Pertinax apud Capitolinum, eos qui calumniis appetiti per seruos fuerant, damnatis seruis delatoribus, liberauit, in Crucem sublati talibus seruis. Sic Macrino iam Principe, συκοφανται τὸ ἡδούλοι, ὅτι δεσπότης κατήστων, ἀνεσοκολοπίδηνσαν: *Sycophanta, aut serui, quicumque dominos detulerant, in*

In Pertin.

*Herodian.
lib. v.*

*Machina-
tio.*

crucem sunt acti. Et in genere, omnis machina contra dominicam salutem. Paulus: *Si serui de domini salute consuluerint (Mathematicos, intellige:) summo supplicio, id est Cruce, afficiuntur.* Item

*Lib. 7.
Sent.
Tit. XXI.*

Fuga.

Fuga, sed (vt opinor) diuturna, aut repetita. Cicero tangit: Quæ Cruce huic fugituo potest satis supplicij adferre? Et Valerius: Cruce dignissimi fugitui. Quin Scipio, apud eundem, transfugas Romanos, tanquam patriæ fugituos, Crucibus affixit.

Pro Deiotaro.

*Lib. II.
cap. VII.*

Simile sub Augusto, in Sexti milite puniendo, qui ferè è fugitiuis: Τὸ μὲν δεδελουκός, ait Dio, τοῖς δεσπότης πρὸς πτωχίδου ἀπέδωκεν· εἰ δὲ τοῦ μηδεὶς κώλιος δέξοιτο, ἀνεσοκολοπίδηνσε: Seruitia dominis reddita ad

Ibidem.

*Dio. lib.
LIII.*

pœnam, quorum domini non exstarent, Cruci sunt fixa. Quamquam hîc & alia caussa suberat, Hostilitas in rem Romanam. Hæc & plura in seruis: quos mitiores duriorésve domini, grauiùs, mitiùs, pro arbitrio sunt puniti.

CAP. XIII.

Etiam liberi quidam in Crucem dati, sed viliores aut nocentiores: ut Latrones, Sicarij, Falsarij, atque alibi & Fures.

QUID autem in liberis? Rara crux, ut prædixi. Quin remouere prorsus ab hoc genere Cruce indigna liberis, Lactantius videatur, vbi de Christo: *Cur si Deus fuit, & mori voluit, non saltem aliquo honesto genere mortis affectus est? cur potissimum Cruce? cur infami genere supplicij? quod etiam homine libero, quamuis nocente, videatur indignum.* Sed frænanda ea assertio est: & ciue quidem indigna Cruce, nec credo vsurpatam in eos nisi præter leges, & per sæuitiam: viliores liberi, & prouinciales, non ab eâ profectò immunes. Atque hæc crimina in ijs cruciaria: primùm, Latrocinium. Præsertim ciuibus. Seneca: *Latrocinium fecit aliquis. quid ergo meruit? ut suspendatur.* Caue de alio suspendio interpretê. Petronius: *Imperator prouincia iussit latrones Crucibus affigi.* Apuleius: *Latronem istum, miserorum pignorum meorum peremptorem, Crucibus affigatis.* Callistratus Ictus: *Famosos latrones, in his locis ubi grassati sunt, furcâ figendos compluribus placuit.* Scripserat ille, *Cruce*, ut post docemus. Cum ipso Seruatore vtrimque secus latrones duo fixi: quos duo Euangelistæ disertè *λησάς* appellant, Lucas paullò communiùs *κακέργας*. Deinde Sicariatus. Paulus: *In honestiores (sicarios) præ-* Et Sicarij,

Lib. IIII.
Inst. cap.
XXVI.

Epist. VII.

In Satyr.

Lib. III.
de Afin.

L. XXXVIII.
De pœnis.

Lib. v. Sct.
tit. XXI II.

na capitis vindicari placuit, humiliores verò in Crucem tolluntur, aut bestiis subijciuntur. Tertio, crimen Falsi. Firmicus: *Facient in crimine falsi comprehensos in Crucem tolli.* Anne & furtum? ita, sed non Romæ. Lampridius: *Cùm quæreretur à regibus, quid apud eos fures paterentur? illi responderunt, Crucem.* Et mirum ni è Gallis Germanisque isti reges, quorum moribus etiam nunc Fures ad furcam. Alia etiam crimina in hanc pœnam, ne ambigas: sed ego sileo, quæ testibus aut tabulis non configno.

Et Falsarij

Alibi & Fures.

Lib. vi.
Math. cap.
xxvi.

In Alexan.

CAP. XIII.

Quæ causa falsò assignata in Cruce Christi? videri Innovationem & Seditionem esse.

Christus non ob blasphemiam fisisus.

Potius ob regni cupiditatem.

CUM hæc vidimus, piè non curiosè quæro, Cui Servatore nostro quis prætextus (nam causa nunquam fuit) ad Crucem? Blasphemiam aliquis dixerit, ex vocibus aut iudicijs Iudæorum. Atque ipsi sanè ita apud Pontificem accusant, & huic noxæ testes quærentur, & ipse denique Pontifex eius damnat. Attamen, si legem spectes, hi tales lapidibus, non cruce puniti. An non veriùs ac simpliciùs, totum illud iudicium, etsi iudicij dissimile, Romanis moribus legibusque directum? Mihi videatur. & respondeam damnatum innoxium nostrum agnum, quasi Seditionis nomine & Regni affectati. Certè Romanâ lege, *auctores seditionis aut tumultus, pro quali-*

Lib. v.
Paulus,
Tit. xxv.

qualitatis dignitate, aut in Crucem tolluntur, aut bestijs obijciuntur. Quod autem sic etiam apud Pi-

Cap. xxi.

latum accusatus, Lucas clarè: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Casari, & dicentem se Christum regem esse. Credidit, nec credidit Pilatus: & Titulum tamen causamq; mortis inscripsit, Rex Iudæorum.

Ex Iudæorum quidem libris si rem decidimus, intricamur. nec vsquam traditum clarè quæ noxa ad crucem, nisi quod Philo prodidit de Ho-

*Apud Iu-
daos noxa
cruciaris
hodie in-
certa.*

*micididis, contra quos ait Legislatorem mille mortis genera, si potuisset, dilecturum fuisse: cum non potuit, ἡμωϊαν ἀλλω ἀγοδιατάτῃς), κελδίων ἔδω ἀνε-
δόντας ἀνασκοροπίζωδς: pœnam aliam adjunxit, ius-
bens homicidas & sicarios crucifigi. Sed tuâ pace Philo, vbi hoc Legislator? nusquam expressè. hoc tantùm vniuersè: Quando peccauerit homo, quod*

*morte plectendum est, & adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo. Peccatum non designat: & frustra credo fore, si quis nunc quærat. Tamen Theologi vidento. ego * ἐν ἀλλοτεϊῶ χορῶ πρόβα & τίθῃμι.*

Deuteron.
cap. xxi.

** In alieno
choro pe-
dem non
pono.*

CAP. XV.

CruX interdum liberè & laxè vagata: in hostes, in seditiosos, in Christianos, in feminas denique.

IN hos ergo tales ex ordine & more CruX vsurpata. Interdum regnum ei largius, & præsertim apud reges. nam hi ex libidine sæpe ita sæuierunt in ho-

in hostes aut rebelles, & vno tempore multos.

Hostes sic
puniti.

Alexander Magnus vt supra tetigi, *duo millia Tyr-
riorum*, capta eorum vrbe, *crucifixit*. Alius minu-

Ioseph. lib.
xii. An-
tiq. cap.
xxi.

Aut tur-
bidi.

tus Alexander in Iudæa, ἐσιώμην ἔδωκεν τοῖς πάν-
τοπαλαῖδων, ἀνασώσασθαι ἀποπέταξεν Ἰουδαίων ὡς ὡ:

*Conuiuans in publico ἔσ conspicuo loco vna cum pel-
licibus, iussit in Crucem dari Iudæorum ad octingen-
tos.* Quintilius etiam Varus, ex eadem gente, ob

Ioseph. lib.
ii. Excid.
cap. iii.

Grandi
numero
sepe.

nescio quem motum, ἀνεσώρωσε πρὸς διχίλις: *cruc-
cifixit circiter bis mille.* At Titus in obsidione illâ

Idem lib.
v. Excid.
ca. xxviii.

exitiali, *quingenos, ἔσ plures, in singulos dies Cru-
cibus affixit: καὶ διὰ τὸ πλῆθος χάρα τε ἐνελεῖτε τοῖς*

*Σταυροῖς, καὶ Σταυροῖ τοῖς σώμασι: ἔσ ob multitudi-
nem terra Crucibus, ἔσ Cruces corporibus deerant.*

Nota, nota. historicâ hæc fide, non attollendi

causâ dicuntur, & ab eo qui vidit, Iosepho. Nec

ego miseror. abi pessima natio, hæc præmia Cru-
cis illius, quam impiè posuisti nostro & tuo (vo-

Est idem
quod ex
Dione su-
pra cap.
xii.

luisse modo) Seruatori. Iam & Augustus con-
fecto bello Siculo, * *sex millia seruorum, quorum*

Orosius
lib. vi.
cap. xviii.

domini non exstabant, in Crucem egit. Et in Chri-
stianos Tyranni crebrò adhibuerunt, atque eos

numerofos. Lego vno tempore, vno loco, *ad mil-
lia decem sic interfecta.* Atqui nec à fæmineo sexu

Martyrol.
xxi. Iunij.

Interdum
ἔσ fæmina.

abstinuerunt hoc supplicium. & Tiberius, ob
adulteratam in templo Isidis Paulinam, *τοῖς τε ἐ-*

Ioseph.
xvii. An-
tiq. cap. vi.

εργείας ἀνεσώρωσε, καὶ τὸν Ἰδν ὀλέτησεν ἡμορφίω αἰτίω:
ἔσ Sacerdotes crucifixit, ἔσ Idam (ancillæ nomen)

qua corruptela causa fuerat. E Christianis etiam
Beata

Martyrol.
xii. Febr.

Beata Eulalia, ungulas flammâsque perpessa, demum cruci affixa martyrij coronam accepit. Sed

Idem xxii
Maij.

& in Corsicâ, sancta Julia virgo crucis supplicio coronata est. Plura in Martyrum historijs exempla reperies, & si voles, addes.

I. L I P S I

D E C R V C E

L I B E R I I.

C A P. I.

Transitio ad Modum figendi præmissum de atrocitate huius supplicij, quod Summum & Extremum dictum.



IXI satis *Quid* Crux & *Eiusmodi* fuerit, *Ubi* & *Quare* usurpata: pergo longiùs, & vniuersum hoc poenale ædificium exstruo, per singula etiam membra. Dicam

enim *Quomodo* usurpata: & non animis solùm, Crudele hoc supplicium. sed pænè oculis subijciam sæuitiam & foeditatem eius supplicij: quæ sanè magna. Nec temerè

v. in Verr.

Cicero *crudelissimum teterrimùmque* appellauit:

In cap. xix.
Ioan.

& poëta Nonnus

— ἐλέγχιόν ἡναπολιμόν: *damnatissimum quod-*

E dam

Summum
dictum,

Supre-
mum,

dam fatum. Quin etiam Iurifconfulti, nomine *Summi supplicij*, velut ob eminentiam, designant istud. Paulus: *Summo supplicio, id est Cruce, afficiuntur.* Ab eâdem mente *Supremum* Vlpianus dixit: *Si liberi sint, ad bestias dari; si serui, supremo supplicio affici.* cùm enim aliud non exprimat, & de seruis responsum sit, jure capio Crucem. Cur non ignem? inquires: cùm Tertullianus etiam dixerit & censuerit, *Summam ignium pœnam?* Quia ex Iurifconfultorum mente, Crux etiam supra ignem. Certè Paulus hoc ordine *Summi supplicij tria genera* recenset: *Crucem, Cremationem, Decollationem.* Præit, vt vides, Crux: & cum causâ, si infamiam, magnitudinem, & præsertim diuturnitatem pœnarum in eâ attendis. Dicta hæc ipsa

Lib. v. Sæ.
tit. xxi.
L. viii.
Ad leg.
Cor. Falfi.

Ad Marty.
cap. iiii.

Li. v. Sent.
tit. xvii.

Et Extre-
mum.

Extrema pœna. vt in Apuleio de seruo cruciando: *Certum extrema pœna, qua more maiorum in eum competit.* An & sic Arnobius? *Crucem mereatur extremam, quisquis vobis dominis supplicarit.* Quod tamen etiam laxè, & de peste aut perniciè capit interpretari.

Lib. x.

Li. i. Adm.
Gent.

C A P. I I.

Duplex figendi Modus, Vulgaris & Rarus. In illo Flagellatio ex more semper anteiuit.

SED scæui foedi que quid in hoc supplicio fuerit, Modus ipse dixerit: quem graphicè imus repræsentatum. Vt magis possit; partimur, & duplicè eum facimus: *Vulgarem, & Rarum.* Illum,

Diuisio di-
cendorum.

qui

qui receptissimus & quo vulgò utebantur. Alterum, qui magis sepositus, nec in tam assiduo usu. De illo priùs: & quidem ordine hæc tria, *Quæ ante fixationem, Quæ in ipsâ, Quæ post ipsam.* Ante Fixionem duo adhibita: *Flagellatio & Deductio.* Flagellatio quidem sollennis antecessor, & rarò in cruce-

Flagellati
ante cruce-
m.

Li. XXXIII.

cem dati nisi sic purpurati. Apud Liuium, de feruis coniuratis: *Multi occisi, multi capti, alij verberati crucibus affixi.* Verberatos ecce prædixit.

Lib. VIII.

Alexander apud Curtium, moris huius retinens, eos qui Petram obstinatè defenderant, *omnes verberibus affectos, sub ipsis radicibus Petra crucibus iussit affigi.* Iudæi, apud Iosephum, *μαστιγόμενοι & ἀεσπρῆντο:*

Lib. v. Ex-
cid cap.
XXXIX.

αεσπρῆντο: *flagellati & præcruciati ante mortem omne genus verberibus, crucifigebantur.* Philo item narrans Iudæos Alexandriæ in crucem actos à Flacco, hoc addit: *καὶ τὸ αἰνίζεσθαι ἐν τῷ θεάτρῳ:* *postquam flagellati fuissent in theatro.* Sollennis ergo mos, imò

Contra
Flaccum.

lex: & horrendum Carmen disertè canebat: *Verbera intra aut extra pomerium: & tum denique succinebat, Arbori infelici suspendito.*

Apud Liu.
lib. I.

Verbera intra aut extra pomerium: & tum denique succinebat, Arbori infelici suspendito.

C A P. I I I.

Flagellorum & Virgarum discrimen. Illa magis vilia, & magis acerba esse. solere & talis asperari.

VERBERATI igitur: sed vtrum virgis an flagellis? Illas interdum reperio: sed magis crebrò ista. Discrimen enim esse scimus: & quia Vir-

Flagra
cruciaris
propria.

- gæ honestiores , inhonestissimo huic supplicio
Cicero explicatus. adtributa Flagra . Cicero illudens & cauillans in
 Labienum: *Porcia lex virgas ab omnium ciuium* Orat. pro Rabir. perd.
corpore amouit; hic misericors flagella retulit. Quo-
 modo retulit? vnâ cum Cruce, cui hæc adiun-
 cta. Dixi inhonestiora fuisse. Ita, & propriè ser-
 uorum. Sic apud Terentium
- Terentius,* — *ad necem operiere loris. S AN. loris liber?* Adelph.
 Exclamat & indignatur, vt in re insolenti, quòd
 libero intentata lora. Et ab hac notâ seruilem
 conditionem Menæ Horatius opprobrat: Epod. Od. 1111,
- Horatius,* *Setus flagellis hic triumuiralibus*
Præconis ad fastidium.
- Significat à Triumuiris (Imperium ijs & animad- Vide Fabr. in Semestr.
 uersio in seruos) cæsum flagris publicè, idque sub
Macer, præconis voce. Itaque & Macer Ictus scripsit, L. x. De pœnis.
Ex quibus causis liber fustibus, ex his seruum flagel-
lis cædi. Et Imppp. rescripserunt, mulierem habe- L. viii. C. i. de repud.
 re iustas diuortij causas, *si se verberibus, quæ in-*
genus aliena sunt, afficientem maritum probauerit.
 Flagra hæc ipsa intelligunt: quæ cùm ab inge-
 nuis, tum à fæminis remota maximè. Atque vt
 nouum & seuerum in Licinio Pontifice narrat.
- Valerius.* Valerius: quòd ei virgo Vestalis, Lib. i. cap. i.
qui a parum dili-
gens ignis aterni custos fuisset, digna visa est, quæ fla-
gro admoneretur. Flagella autem hæc aspera. adeò L. viii. De pœnis.
 vt Vlpianus scripserit, *ministorum immanitate,*
multos sub eiusmodi flagellis interyisse. Et Horri-
 bile etiam id Horatio visum agnominare: Lib. i. Scrm. 111.

Nec scuticâ dignum, horribili sectere flagello.

Quod magis fuit, cum ea infitis talis aut officulis ^{Flagella} exasperabant. Factum Romæ, atque alibi. Eusta- ^{taxillata.}

thius dici notat ἀσεργαλωτῆς μασίτας, τὰς δὲ ἀσεργάλων ἐνεργημάτων κατὰ κρηττεμύρας: *Flagra talaria, quæ talis infertis inuolutis que confecta sunt.* Apud

Lib. IIII. Athenæum quispiam recenset, in Parthis optima-
tes quoque & Satrapas, vbi visum Regi, ῥάβδοις ἔ-
ιμάσων ἀσεργαλωτῆς μαστιγοδοῦς: *virgis & loris ta-*
xillatis cadi. Apuleius agnoscit, & *Flagrum pe-*

Lib. VIII. *cuinis osibus catbenatum*, scitè appellat. Ille idem

Gallis Matrisdeûm adscribit. *Arrepto flagro*, in-
quit, *quod semivivis illis proprium gestamen est, con-*
tortis tenuis lanosi velleris prolixè simbriatum, &
multiungis talis ouium tessellatum, indidem sese
multimodis commulcant ictibus. Et Plutarchus ap-

Contra
Coloff.

positè ad eius lucem: Οὐδὲ μαστιγὴ ἑλθουδέρας θεό-
μειν, ἀλλὰ τὴν ἀσεργαλωτῆς ἐκείνης, ἣ ἔστιν Γάλλοις
πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μηρώοις κολάζουσα: *Nec qui*
liberæ verberationis eget, sed flagri illius taxillati,
quo Gallos aliquid offendentes in sacris Magna ma-
tris coërcent. An tale aliquod flagri genus, quo

Christus etiam noster cæsus? imaginantur, aut ^{Christus} ^{flagris cæ-} ^{sus.}
pingunt per pietatem nonnulli. Haud ego asse-
ro: sed illud Euangelistæ, cæsum esse & quidem

flagro. Sic enim Matthæus, corruptâ ipsâ Latinâ
voce: Τὸν ᾧ Ἰησοῦς φραγέλωτας παρέδωκεν ἵνα σωρωθῆ.

Jesum cum flagellasset, tradidit ut crucifigeretur.
Ἰμάδλην, id est, lorum, flagellū appellat Nonnus.

Πυγδαῖν Χειροῖο δέμας φοίνιζεν ἰμάθλη.
Horribili Christi corpus rubefecit habenâ.

CAP. IIII.

Solitos ad Columnam verberari; atque aliàs per viam. De ipsâ columnâ cui sacrum corpus annexum.

Plurifariam flagellatio.

Ad columnam domi.

SED obserua. Flagellatio hæc non vno semper loco, aut tempore. Aut enim ante Deductionem utebantur, idque domi: quod in Seruatore factum. Aut in ipsâ Deductione, per viam: quod moris fuit magis prisca. Si domi, ligabant ferè ad columnam. Firmamenta huic ritui. non tam multa reperio, reperio tamen. Artemidorus vbi somnium narrat serui, qui visus sibi ab hero *δέφραται, de glubi & turpiter tangi*: addit, *αεγοδερεῖς κίονι πολλὰς ἔλαβε πληγὰς: columna alligatus, multas accepit plagas*. Phileas etiam apud Eusebium, sæuitiam in Martyres, qui Alexandria, referens: *Ἄλλοι δὲ πρὸς τοῖς κίονιν ἀντιπρόσποιν ἔδοδιτο*: *Alij autem ad columnas vultibus inter se aduersis, astringebantur: & de flagellatione sentit. An & Plautum sic accipimus?*

Lib. vii. Eccl. Hist. cap. x.

Plauto lux.

— *Abducite hunc*

Bacchid.

Intrò, atque adstringite ad columnam fortiter.

Id Christo factum.

Ego quidem: etsi ad custodiam modò id factum aliquis pertendat. Sed de Seruatore nostro non ambiguum, pijs quidem & in religione antiquis. Etsi enim Euangelia non exprimunt: tamen se-

cuti

cuti Patres. Prudentius clarè, & cum ritus quo-
que prisci attestazione: — *atque columna*

Annexus, tergum dedit, vt seruire, flagellis.

Nouo Te-
stam.

Epist. ad
Eustoch.

Hieronymus & suo æuo exstitisse commemorat:

Ostendebatur illi (Paulæ) Columna, Ecclesia porticum sustinens infecta cruore Domini, ad quam vincetus dicitur & flagellatus. Indicat fulcri vsus habuisse in ædificio tēpli: quod ipsum Prudentius.

Ibidem.

Perstat adhuc, templumq; gerit veneranda columna.

Etsi Bedæ tempore in medio Ecclesiæ fuisse, ipse testatur. Meminit huius quoque, & miraculorum per eam, Gregorius Turonensis. Hæc domi flagellatio, & ad columnam: quid per viam?

De Glor.
Marr. cap.
I I.

Lib. II I.
cap III.

sub furcâ id factum, de quâ in * loco dicam.

C A P. V.

Crucem suam tulisse, aut totam, aut ejus partem.

AD Deductionem venio, in quâ duo obseruo, *Ludibrium & Tormentum.* Ludibrium,

quòd ipsi coacti crucem suam ferre, aut certè eius partem: vt verè esset illud quod dicitur, *Suo sibi ferebant.*

*Crucem
humeris*

Lib. I I.
cap. LXI.

iuumento malum. Artemidorus: βαράζειν ὑπὸ τῶν

δαυμόνων χροσίων κακέργω μὴ ἰδόντι Σταυρὸν αὐτῶν σημαίνει. εἶπκε γὰρ καὶ ὁ Σταυρὸς θανάτου, ἔσ' ὁ μέλλων πωροσολοῦσθαι πωρότερον αὐτὸν βαράζει: ferre aliquem Deorum inferorum, malefico quidem id videnti Crucem

prodicit. Similis enim est Crux morti; & qui in eâ

figendus, prius eam portat. Plutarchus etiam com-

paratione quadam utili: Καὶ τὸ μὴ σώματι τῶν κο-

λαζο-

De tarda
Dei vin-
dicâ.

λαζομίων ἕκαστος τῶν κακῶν ἐκφέρει τὸν αὐτὸν Σταυρὸν, ἢ τὴν κακίαν τῶν πολασηίων ἐφ' ἑαυτῷ ἕκαστος ἕξ αὐτῆς τελευτῆς): *Et corpore quidem quisque maleficorum suam effert Crucem: malitia autem cruciatuum quemque in se, ex se, gignit & fabricatur.*

Bene hoc & salubriter Plutarchus: *& Dī de αἰετῶ (ait quispiam) quàm malè est extrà legem viventibus?*

Petron.
Satyr.

quidquid meruerunt, semper expectant. Sed pono me in gradum. Ferebant Crucem. Atque ita

Fecit
Christus.

Iohannes de Christo: βασιλῶν τὸν Σταυρὸν αὐτὸς ἕξ ἡλθεν εἰς τὸν λεγόμενον κρηνίου τόπον: *baiulans suam Crucem, exiit in locum Caluaria dictum.* Quà solâ causâ vetera quædam vaticinia aut imagines

Cap. xix.

Vates testati sunt.

Doctores nostri ad Christum trahunt. Vt Tertullianus hoc de Isaaco. *Cum, inquit, Isaac à patre hostia duceretur, & lignum ipse sibi portaret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimam concessi à Patre, lignum passionis suæ baiulantis.*

Aduersus
Iudæos
cap. x.

Idem in Isaïæ verbis istis: *Cuius imperium factum est super humerum ipsius. Solus, ait, nouus rex Christus nouæ gloriæ potestatem & sublimitatem in humero extulit, id est Crucem.* Et Christus sanè totam plenamque Crucem tulit. Ni fecisset, quid opus erat auxiliatore & subsequâ, qui adleuasset? Alij non semper totam: atque idèò cautè prædixi, *eius partem.* Nam qui ritu veteri sub furcâ cæsi ducebantur,* ferebant non nisi istam. Imò interdum nec istam. Pone in arbore aliquâ crucifixum, & subitò: profectò, præter se, nihil tulit.

Eod. libr.

* Vide lib.
III.

CAP. VI.

Deductos cum vexatione, Stimulis etiam actos.

TORMENTVM etiam in Deductione: quia *Tracti per viam.* trahere, diuexare, & stimulis agere per viam solent. Dionysius de tractione: δι' ἀλοεῖς αὐτῶν μασιγέριον ἐνέλωσιν ἔλκειν: *per forum flagellatum ipsum, trahere eos iussit.* Nec dubium est quin impulerint, deiecerint, erexerint, per sæuitiam aut per lusum. De Stimulis etiam non temerè addo. *Et stimulis fessi.* & apertè auctor adfirmandi Plautus, apud quem conferuo seruus:

Mostellar.

*O carnificinum cribrum! quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, si noster huc reuenerit senex.*

Plautus illustratus.

Afinar.

Habes *Stimulos*, idque in *Patibulato* (ad furcam astricto) & *per vias*. Iungit iterum cum *Cruce* Plautus: *Stimulos, Laminas, Crucésque*. & aliàs meminit, sed sic vt seorsim eos fuisse sciamus inter cruciatus & tormenta, sicut laminas & ignes. Pictores nostri (nec heri, aut hodie) asserculum siue tabellam imæ Christi vesti appingunt, quæ clavis præacutis confita pedibus calcibusq; euntis illidatur: nunquid alludentes ad hanc Destimulationem? quæ tamen stimulis alijs facta. quos oblongos, siue è sudibus præacutis, siue & ferro præfixis gestabant ad hunc vsus. Sumptum à bubus, quos sic exstimulabant. Sed nisi ea Pictorum mens, ipsi vidento: ego inuenticulæ eius nec auctor sim, nec interpretus.

CAP. VII.

In ipsa Fixione nudi in crucem dati: an altam, an in terrâ depositam? id quaesitum, & utrumque firmatum.

ISTA sunt quæ Ante fixationem: nunc quæ In ipsâ. Tria considero, *Suspensionem, Astrictionem, Inscriptionem.* Suspensio præit, & ante illam etiam Nudatio. quia simul ad crucem ventum, spoliabant hominem, & sic in eam dabant. Receptum hoc in plerisque supplicijs, velut Naturæ suasu, quæ nudos induxit in vitâ & educit: etiam in isto. Artemidorus: *Σταυροῦσθαι ἀγαθὸν τῷ πένθῃ. καὶ γὰρ ὑψηλὸς ὁ σταυροθεῖς. ἔθῃ δὲ πλοσίου βλάπτει. γυμνοὶ γὰρ σταυροῦν.* *Crucifigi bonum pauperi, quia sublimis est crucifixus: noxium verò diviti, quia nudi crucifiguntur.* In Christo factum hoc obserues: quem Evangelistæ narrant recepisse vestes post flagellationem jam deducendum, & posuisse iterum deductum. Ergo nudi dati in crucem: sed Iacentem an Erectam? Pro Iacente, Aستا vetera de Pionio Martyre: *Ultrò se vestimentis spoliavit, & in calum suspiciens ac Deo gratias agens, super lignum seipsum extendit, militique tradidit ut clavus configeretur.* Satis clarè: atque etiam mox clariùs: *Eum igitur ligno fixum erexerunt.* Dicit nihil potest, quin fixio hîc in Iacente facta fuerit, quæ post erecta. Et ratio etiam aliqua suadet. Nonne enim faciliùs hominem sic affigere supinum & incli-

Nudati ante fixationem.

Quomodo in crucem dati.

Pro Iacente.

Lib. I. I.
cap. LVIII.

inclinatum: quàm tollere in erectam, pendulum, labentem, fortasse & reluctantem? Videtur. Ta-
men quòd in Erectam, plusculi adfirmant testes. Pro Sub-
lata.

Lib. v.
in Vet.

Cicero in Gauianâ cruce describendâ: *Quid at-
tinuit, cum Mamertini more atque instituto suo
Crucem fixissent post urbem in viâ Pompeiâ, te iu-
bere figere in viâ qua Rhegium spectat? Et verba
& rei seriem vide, obseruabis fixam primò cru-
cem, & tum in eam datum. Idem in Rabirianâ:*

Cap. ix.

*In campo Martio Crucem ad ciuium supplicium
defigi & constitui iubes. Stabat iam defixa, dum
caussa diceretur, & cruciarium suũ expectabat.*

Lib. vii.
Exc. Iud.

Galba apud Suetonium, cuidam inclamanti fe-
ciuem Romanum esse, *multo prater ceteras altio-
rem & dealbatam crucem statui iussit. Statui, ac
tum suffigi. Iosephus de Iudæo quodam à Ro-
manis capto: Ο ἱ Βάσις προσέταξε καὶ πηγνύουαι
Σταυροῦν, ὡς αὐτίκα κρεμῶν ἐν Ἐλεάζαρων: Bassus iussit
defigi crucem, tanquam statim suspensurus in eâ
Eleazarum. Denique & libro Efdra: Ut omnis*

In cap. vi.

*homo qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum
de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo. Vtro-
bique hîc erectio, fixationem antecedit. Nec video
quid obduci possit: nisi istud infirmum, statutas
quidem, sed sub aduentum noxij iterum demif-
fas. Quis credat? aut irriti laboris quæ ratio? Ab-
nuunt etiam phrasæ veteres, quas scimus ple-
rumque adsimiles rebus ipsis: Dicunt enim *Tol-
lere, Agere, Ferre, Dare* in crucem: quæ omnia*

Reiectio
cauilli.

Iterum
pro Sub-
lata.

elationis sunt aut molitionis. Item in ipsis fontibus, *Excurrere, Ascendere, Salire* in crucem: quæ mihi videntur conuenire non nisi in Erectam. Priorum phrasium exempla nota atque obuia sunt: posteriorum cape ista. Plautus:

Ego dabo ei talentum primus, qui in crucem excucurrerit. Mostellar.

Prudentius.

Cruce illa nostra est, nos patibulum ascendimus.

Περί τεφ.
Hymn. x.
Bacchid.

Plautus.

Credo herclè adueniens nomen mutabit mihi,

Faciet q̄, extemplo Crucifalum me ex Chrysalò.

Sed & testes, in ipsâ narratione, pro Erectâ. Nonnus de Christo:

Εἰς δόρυ τετραπλευρον, ἐπήρορον, ὑψόφει γαῖνις

Ορθιον ὄξετάνας δω.

In lignum quadratum, altum, terræque leuatum, Rectum extenderunt.

Extentum manifestò ait sublimem, & super terram.

De eodem eadem Nazianzenus versibus luculentis:

In Christo paticate.

Αυτίχ' ὁμιλος εὐρανοδρόμω ξύλω

Ανῆγον, ἤγον, ἤγον εἰς ἄκρον τέλει.

Ορθός δ' ἐς ὀρθὸν αὐτὴρ' ἐσηρίζετο.

Εἰς κλάνα δ' ἐγκαρσίον ἄλλου δούδεως

Εἴτειναν, ἐξέτειναν, ἠλώσαν χέρας,

Πόδας ᾗ καθήλωσαν ἐν πικτῷ ξύλω.

* Neque scio an ipsa Tragedia Germana Nazianzeni,

Quorum versuum (haud sanè * optimorum, liberè dicam) hæc sententia. *Ductum & subductum in altam crucem, ad ultimum eius finem: re-ctum ita statutum: tum ad transversarium lignum manus fixas: denique & pedes ad stipitem defixum.*

Atque

Atque ista pro Erectâ . In dissensu autem nos quid definimus? consensum, quâ licet. Dicimus vtrumque vsurpatum, sæpiùs tamen hoc postremum . Imò interim necessariò hoc postremum. Pone enim in arbore suspensos (sæpe factum :) quomodo demitti ea potuit, & tunc attolli?

CAP. VIII.

Clavis figi solitos, interdum funibus adstringi.

SE D jam ad *Adstrictionem* transeo; quæ facta clavis, aut funibus, sed plurimùm illis. Seneca nominat: *Cum refigere se crucibus conentur, in quas unusquisque vestrùm clauos suos ipse adigit. Ita legendum, non adiicit.* Illi, inquit, conantur tollere se de crucibus suis: vos contrâ, magis magisque affigitis, & clauos adigitis in lignum. Meminit & Apollo in oraculo quopiam, de Christo:

Γόμφους καὶ σκολόπεας πικρῶ ἀνέτλησε τελευτῶν:

Clavisq; & palis mortem exantlauit acerbam.

Loquitur de hac eius morte per crucem: quia, vt Artemidorus ait, ἐν ξύλων καὶ ἥλων γέγονεν ὁ σω-
 εῖς: *ex lignis & clavis crux confecta est.* Atque ab hac re Græcis passim ipsa crucifixio, πρῶσθήλωσις dicta: quasi dicas *clavi-fixio*. Vlpianus in Demosthenem explicat πρῶσθηλωσθαι, Σταυρῶ πρῶσθηλωσθαι τοῖς ἥλοις: *cruci affigi clavis.* Et fortasse eò respexit Strabo cùm de Cantabris dixit, ἀναπεπηγότες Ἰππῶν Σταυρῶν: *suffixos in crucibus.* Ergo de clavis cer-

De vit.
beat.
cap. xix.

Apud La-
ciant. lib.
iiii. cap.
xiii.

Lib. ii.
cap. lviii.

Contra
Mid.

Lib. iiii.

tum: an etiam de funibus? sunt exempla. Aufonius suum Cupidinem facit

*Deiunctum post terga manus, substricta q̄ plantis
Vincula merentem.*

Et communi ligandi verbo in hac re Artemidorus vsus: Σταυροῦσαι, inquit, ἀνδρὶ ἀγάμω γάμου

Lib. II.
cap. LVIII.

ἄεθροσφοδῆαι διὰ τὴν δέξιν: Crucifigi (in somnis) viro calibi nuptias designat, ob ligaturam. quia scilicet ligno iungitur copulaturque.

Plinius inter magicas ineptias *Spartum* etiam è cruce numerat, id est sparteos funes. Quid, quod D. Andreas ita

Li. XXVIII.
cap. IIII.

alligatus? Abdias apertè, & causam etiam addit:

Lib. III.
Hist. Apo.

*Proconsul mandat questionariis, ut ligatis manibus
& pedibus, non clavis affixus suspenderetur, quo
diutino cruciatus deficeret.* Ex quo colligas, habitum id magis sæuum. Etsi prima fortasse crucifixio

ralis, & in Liuij priscis scriptisque libris legas:

Lib. I.

Arbori infelici recte suspendito. Recte, inquam, additur: quod tamen heri ac nuper eiecerunt correctores.

An sic quoque appensi latrones bini, qui cum Christo? Vulgò sentiunt, nec aliter pingunt. Tamen falsò: quia illi, pariter ac Christus, fixi. Nonnus adfirmat.

In cap.
XIX.

κέντροις ἀντιῦποισιν ἐν Σταυροῖο δεξιῖτες:

In cruce præduris clavis fixi, inque ligati.

Et magis Historia prisca, quæ est de Helenâ Constantini matre. Ea cum venisset sacra & Deo homini trita loca, cupidine visendi & venerandi: de cruce etiam inquisiuit nostrâ illâ seruatrice. Fo-

dit, tres reperit, ac diu animi anceps hæsit quæ esset illa vera. Nam Titulus, quo dignosci potuisset, jacebat seorsim disiectus. Denique miraculo & diuinâ indicatione opus fuit ad discernendum. Quid autem opus, si vestigia clauorum modò in vnâ? Argumentum certum est, & res ipsa per Ecclesiæ annales.

CAP. IX.

In quibus partibus clauis, & quo numero?

CLAVOS autem istos, siue & funes, in manibus pedibusque fuisse satis notum. Nonnus de Seruatore:

καὶ ποσὶ καὶ παλάμησι σιδήρεα κέντρα κομίζων:

Et pedibus manibusque ferens stimulos ferratos.

Adu. Iud.
cap. x.

Tertullianus de veteri vaticinio: *foderunt manus meas & pedes, quæ propria atrocitas crucis.* Habent atrocita libri scripti: & rectè, vt amat loqui ille scriptor. At quàm multi isti clauis? enimuerò dissident. Alij de ternis asserunt. vt Nonnus, qui Christum depingit

Quot clauis in pedibus.

— ἀμετρήτῳ ᾧ πεπαρωμένον ἄζυγι γόμφῳ

Διπλόον ἤτορ ἔχοντα μὴ τέτραρωμένον ὀρμηῆ,

Ποσὶν ὁμοπλεκέεσσιν.

Tres quidam volunt.

Facite ecce magno & singulari clauo pedis utriusque *pectusculum transfigi, & quidem uno ictu, idque pedibus mutuò impositis & complicatis.* Clarum est. etiam illud Nazianzeni, pariter de Christo, vbi cruce deponitur:

In Christo
patiente.

Γυμνὸν

Γυμνὸν τεισήλω κείδρον ξύλω λαβὼν:

Nudum triclaui repositum ligno auferens.

At contrà tamen tendunt alij, & suggerunt quaternos. De eodem Christo Gregorius Turonus:

De Glor.
cap. vi.

Alij quatuor.

Clauorum dominicorum, quòd quattuor fuerint, hæc est ratio. Duo sunt affixi in palmis, & duo in plantis. Sed & Cyprianus melior maiorque auctor *πληθυντικῶς* scripsit: *Clavis sacros pedes terebrantibus.* Quid, quod Plautus ex more astruere videtur tantos?

Serm. De
Passione.

Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit,

Mostellar.

Sed eâ lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia.

In Plauto
noua explicatio.

Nisi is tamen ibi sensus. vt seruulus ad maiorem quasi cautionem, & ne facilè se refigeret, voluerit non semel manus pedesque, sed bis singula figi: ita inquam, vt bini in quoque membro essent clauis. Quàm magis confidero, tam magis hoc dictum censeo: cùm id quoque reperiam, per sæuitiam multiplicatos alibi clauos. Vt in Martyrologio: *Agricultam plurimis clauis Cruci affigentes interemerunt.* Interdum & in aliâ corporis parte. In eodem Martyrologio: *Philamentus manibus pedibusque, ac demum capite clauis confixo, martyrium consummavit.* Itaque si morem veterem vides; arbitrarium fuit de clauis, & frustra litigemus. Si de Christo tamen quæritur; nescio, & in dissensu Patrum non est meum arbitrari.

xxix. No-
uembr.

xxix. No-
uembr.

Pluribus
clauis fixi.

CAP. X.

*Ordo & modus affigendi. An lignum aliquod in
Cruce suppedaneum?*

ADDO magis de figendi modo. Is fuit, vt Manus
primùm
fixa. manus primùm figerent, inde pedes. Graphicè Lucianus in Dialogo vbi Prometheus figitur. Vulcanus Mercurio loquitur: Ανασαυρώδω, ἐνπελάδεις τὰ χεῖρε διὰ τοῦτοί πορὸς τὸ ἐναντίον: *Crucifigatur, extensus ambas manus ab hac parte in aduersam.* Atque initium à manu dextrâ. Ibidem Mercurius Prometheo: Ἀλλ' ὄρεγε τὴν δεξιάν. σὺ δ' ὦ Ἡφαίσε, καταίλε, καὶ προσήλα, καὶ τὴν σφύραν ἐρρωμδίως καιάφεγε· δὸς καὶ τὴν ἑτέραν, κατὰ κλήφθω δὲ μάλα καὶ αὐτή: *Sed præbe dexteram. tu autem Vulcanane, astringe, & confige, & malleum fortiter demitte. Da & alteram, quò illa etiam rectè astringatur.* Tum itum ad pedes. Sed ambigas, Manúsne fuerint toti moli ferendæ? Appâret enim corpus omne (præfertim si quis pedes inflecteret) An ferre
potuerint
pendulum
corpus? pependisse à manibus solis. Ego ita arbitror. Quidni? Duræ & neruosæ illæ partes, & lentæ frangi. Fortasse nec in mediâ semper manus volâ clauī fixi, sed superius paullò quâ cum brachio An semper
in ipsâ vo-
lâ fixio? coit, id est circa carpum. Plautus facit suspicari, qui disertè scribit *brachia offigi*, non manus. Sed puto equidem amplius. si corpus grauius, aut manus tenuior; adminiculum sæpe fuisse funes. Illos quoque additos, & circa humeros aut pe-

De tabellâ
suppeda-
neâ.

ctus medium, ad crucem astrictos. Hoc malim, quàm cum alijs asserculum siue tabellam inducere, in quâ innixi & fixi simul pedes. Nimis accurata ea fabrica, imò delicata. Tamen in Christi cruce Gregorius Turonicus agnoscit; qui ane fuit, an quia piè imaginatus est? Ipse quidem sic: *In stipite erecto foramen factum manifestum est. pes quoque parua tabula in hoc foramen insertus est: super hanc verò tabulam, tanquam stantis hominis, sacra affixa sunt planta.* Nec scio an illuc Innocentij hæc referenda: *fuerunt in Cruce dominicâ ligna quattuor, stipes erectus, & lignum transversum, truncus suppositus, & titulus superpositus.* Nam vidi qui de *Trunco* sic acciperent: etsi vox videtur abnuere: quæ parùm apta ad minutam illam tabellam. Verba etiam plura & sequentia Innocentij cùm examino, sentire eum dixerim non de hac impositâ, sed verè (vt loquitur) *supposito trunco*, è quo ipsa crux surgat. Ità enim sensisse videtur: truncum aliquem fuisse, siue fulciendæ cruci in imo appositum (*ἀνεπίδοξα* Græci id genus obliqui sustentaculi vocant;) siue sub ipso recto stipite in terrâ, cui ille immissus, vt firmior staret. Neque ego assero id factitatum: sed mentem scriptoris pono. Trahunt etiam Irenæum istuc, qui crucem sic deformat: *Ipse*

De Glor.
Mort.
cap. vi.

Serm. i. de
vno Mart.

Lib. ii.
cap. xlii.

En,

En, inquiunt, medius ille finis tabella est in qua corpus requiescit. Fateor verba huc ire, nec temerè contenderim de alienâ mente. Tamen Iustinus martyr, è quo sumpta hæc videntur, sic de isto fine: Καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον ξύλον ὡς κέρατος ἑ
 αὐτὸ ἰδέχον ἐσιν, ἐφ' ᾧ ἐποχουῶται. Ὁ σαυρῖμοι: Et
 illud in medio defixum lignum, ut cornu ipsum
 etiam eminent, in quo feruntur & quasi inuehuntur,
 qui crucifiguntur. Cornu id appellat, & notare
 vult: quomodo aptè in planâ hac tabellâ? Viden-
 dum nè vterque ille scriptor aliud intellegat à
 iam dicto sensu. Diuidunt crucem in quinque

Vide sup.
 Lib. I.
 cap. VIII.

Aduerf.
 Tryph.
 Iud.

Lib. III.
 adu. Marc.
 cap. XI.



fines (Apices Tertul-
 lianus scitè appellat)
 quattuor illos, qui
 noti sunt & incurrūt:
 quintum, quem in
 mediâ cruce collo-
 cant, vbi lignū trans-
 uersum scindit trans-
 itque stipitem defi-
 xum. Hac considera-
 tione, quinque sunt
 fines: & vnus ille sti-
 pes (sed sectus) facit
 ternos. Quod autem
 aiunt inuehi & requie-
 scere: verum est. cor-
 pus acclinatur ei &
 G 2 quasi

quasi innititur à tergo. Augustinus hoc sensu scripsit, *Longitudinem crucis à terrâ surgentem, cui corpus erat infixum.* An totum corpus? imò pedes tantùm, quod liquet: sed adfixum innixum-que intellegit, nec scio an *innixum* scripsit. Tamen in picturis sculpturisque etiam priscis vestigium tabellæ huius exstare audio: non ergo temerè spreuerim. non certè à Christi cruce: de alijs, audacius. Quod enim vestigium in scriptoribus antiquis?

Vide sup.
lib. i.
cap. x.

CAP. XI.

De Titulo, quid is Latinis? quomodo ascriptus, aut prelatus.

POST Astrictionem *Inscriptio*. Quid ea est? Causa supplicij, & ipsum crimen, & Romanâ voce *Titulus*: quâ & Iohannes est vsus. Atque item Nonnus:

Titulus
quid La-
tinus?

Γράμμα, ἢ πρὸς καλέσαι Λατινῶν Τίτλον ἰωῆ.

In ca. XII.

Mathæus Αἰτίων benè & signanter dixit. Glossæ Græcanicæ veteres: Αἰτία, *caussa, materia, titulus*. Eadem Latinæ, *Titulus*, ἐλέγχιον. Latini etiam passim pro causâ. Ut poëta:

Et poteris titulum mortis habere mea?

Valerius: *Fine vitæ nostræ variis & occultis causis exposito, interdum quadam immerentia supremi facti titulum occupant.* Atque hic Titulus præferri aut apponi solet damnatis. Præferri, ut in Suetonij Caligulâ: *Præcedente titulo qui causam pœnæ*

Lib. Ix.
cap. XII.

Damnatis
antefferri
solutus.

Cap.
XXXVIII.

indica-

indicaret, per cætus epulantium circumducitur.

Apud Eu-
seb. lib. v.
cap. 1.

Epistola Lugdunensium, de Attalo Martyre: Πε-
ριαχθεῖς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρους, πίνακ' αὐτῶν προα-
γοντες, ἐν ᾧ ἐγγράφητο ῥωμαῖσι, Οὐτ' ἐστὶν Ἀττάλ' ὁ
χριστιανός: *Circumactus per Amphitheatrum, tabellâ
ipsum præeunte, in quâ Latine scriptum, Hic est
Attalus Christianus.* Sed & appendi, aut apponi

Vel q̄s
apponi.

Cap. x.

*damnatis solet. Suetonius Domitiano: Patrem-
familiâs detractum è spectaculis in arenam canibus
obiecit cum hoc titulo, Impiè locutus parmularius.*

Declamat.
cecti.

Quintilianus ostendit Gladiatores quoque sic
productos: *Quidam ut patrem sepeliret, auctor a-
uit se. Die muneris productus sub titulo caussa, ru-
dem populo postulante accepit.* Sed facit propriè ad
Crucem Dionis locus, de seruo, quem Dominus

Lib. lxxxii

agi in crucem, idque per forum iussit: μετ' γραμ-
μάτων τὴν αἰτίαν τῆς θανάτωσης δειλῶν: *Cum litte-
ris (sive Titulo) quæ causam mortis aperirent.* Sæ-
pe etiam neglecto aut spreto titulo contenti Su-
perditione fuerunt, id est ut Præconis præeuntis
voce populo id nunciaretur: de quo more alij, &
ego aliàs.

Loco eius,
sæpe vox
præconis.

C A P. X I I.

*Post fixationem, quomodo mortui in cruce? languore,
aut fame. Vitalitas quorumdam.*

BE NE iam & fideliter fiximus: quid Post fi-
xionem? hæc tria, *Mors, Corruptio, Custo-
dis.* Mors, lenta, molesta, & vel à stillante pau-

Mors va-
ria in Cru-
ce, sed ferè
hinc.

latim sanguine, vel à fame. Quid si etiam ab auium ferarumque laniatu? videbimus, & singillatim diducemus. De sanguine quem demittebant fixi, clarum est, nec testimonij eget: & tum eâ causâ, tum ex acri verberatione quæ præiuerat, credo inualidiores multos obiisse. At de fame, Eusebius vbi Martyres narrat crucifixos in

Ægypto: *Τηρέμενοι τε ζῶντες, εἰσότε ἕ ἐπὶ αὐτῶν ἰκείων λιμῶ διαφθαρείεν: Ἐ̄ seruati sunt viui, donec in ipsis patibulis fame morerentur.* Itaque legas quosdam

Lib. vii. cap. vii.

Plasculos
dies quidā
vixere.

diu in crucibus vixisse, vt ingenitum scilicet robur erat, aut vires. Beatus Andreas in Cruce sus-

Martyrol. xix. Nou.

spensus, in eâ populum docens, (ô athletam Deo dignum!) biduo supervixit. Victorinus sub Neruâ, *iussus suspendi capite deorsum, ita per triduum vixit.* Quod sanè miror in schemate illo minimè apto ad longam vitam. Magis etiam istud: quòd

Martyrol. v. Septem.

Loquentes
& sermo-
cinantes.

Timotheus & Maura in Cruce nouem diebus viui pendentes, ac seipos in fide corroborantes, martyrium consumpserunt. Vnde hæc vis aut vitalitas, nisi à vitæ ipso fonte? Quamquam & alij quidam animosè egisse in extremis istis rebus legantur. velut Bomilcar ille apud Iustinum: *qui patibulo suffixus in foro medio, magno animo crudelitatem civium tulit: adeò vt de summâ Cruce, veluti de tribunali, in Pœnorum scelera concionaretur.*

Martyrol. i. Maij.

Lib. xxi.

Quidam etiam petulanter: vt proteruuli apud Senecam, *qui ex patibulo spectatores suos conspuunt.* Atque etiam adnotavi, quosdam miseratione

De Vit. beat. cap. xli.

Alij illudentes.

Prin-

Principis, aut Magistratum è Cruce ablatos, post vixisse. Iosephus in vitâ suâ recitat: *Redibam, inquit, è vico quodam, & vidi multos ex hostibus (Iudæis) crucifixos: Et tres ex ijs adagnoscens, cum quibus antè mihi consuetudo, valdè in animo dolui, & cum lacrimis progressus, dixi Tito. Ille autem statim depositos eos mandat diligentissimè curari, atque ex ijs duo inter ipsam curam obierunt, tertius supervixit.*

CAP. XIII.

Quosdam à volucribus, aut feris etiam viuos laceratos, & plerisque omnes mortuos. interdum & lanceis interfectos.

AT de laniatu etiam addidi, & causam illam quoque feci mortis. Haud temerè. quia sic ligati, & cùm se non commouerent, dati reuera * ἐλώρια, vt cum poetâ dicam, κύνες οὖν Οὐανοῖσι * canibus
laniatis.
Atque cui-
bus cunctis

τε πᾶσι. Atque id etiam viui. Prudentius:

— *Cruce illum tollat in auras,
Vinentesque oculos offerat alitibus.*

Horatius aspexit:

*Non hominem occidi. non pasces in cruce coruos,
quia ficarij scilicet & homicidæ dari solent in
cruce. Item Iuuenalis:*

*Vultur iumento, & canibus, crucibusque relictis
Ad fœtus properat, partemque cadaveris affert.
Quin reperio in sententiâ iudiciali quoq; id ali-
quan-*

πᾶσι σεφ.
Hymn. xi.

Lib. i.
epist. xvi.

Horatio
lux.

Iuuenalis.

quando expressum. Actis Martyrum: *Claudius, Asterius, Neon, cruci affigantur, & corpora eorum auibus laceranda relinquuntur.* Itaque Apuleius

Lib. vii.
De Afîn.
in fine.

Apuleio.

proprium hunc refert *Patibuli cruciatum, cum canes & vultures intima protrahunt viscera.* Addit autem & *Canes*: & discas licet cruces non semper fuisse per-altas. Quomodo enim, si canes attingerent, atque etiam lupi? Nam & hos Catullus addit in Epigrammatio, quod mihi quidem non nisi circumlocutio videtur cruciariæ huius mortis.

Opinio de
Catulliano
Epigram-
matio.

Si Comini arbitrio populi, tua cana senectus

Spurcata impuris moribus, intereat:

Non equidẽ dubito, quin primũ inimica bonorum

* Fortasse
exserta.

*Lingua * exserta auido sit data vulturio:*

Effossos oculos voret atro gutture coruus,

Intestina canes, cetera membra lupi.

Lanceis
transfixi
quidam.

Istæ mortes. nisi quod interdum lanceis etiam transuerberatos lego, an ad accelerandum fatum,

an explorandum? Illud fuit in Marcelliano &

Martyrol.
xviij.
Iunij.

Marco: quibus ad stipitem ligatis in pedibus eorum affixi sunt clavi; cumque transisset unus dies &

nox, iussit ambos (Fabianus iudex) lanceis per latera verberari. At istud in nostro Domino; cui miles iam mortuo lanceâ latus aperuit, scilicet periculum an bonâ fide obijisset.

CAP. XIII.

Crurifragium à Cruce remotum. Quid fuerit, in quos receptum, & quomodo?

NON autem & crura ijs fracta, inquires, atque ita interempti? Vulgò inualuit hæc opinio, sed vulgò. Qui penetrant & examinant, vident disparata hæc supplicia & seorsim fuisse. Induxit vulgum, quòd in sacrâ historiâ latronibus duobus crura fracta leguntur. Atqui sciant pro moribus Iudæorum id fuisse: atque illic fortasse tantum. Lactantius monuit: *Suffixus itaque Christus cum spiritum deposuisset, necessarium carnisces non putauerunt ossa eius suffringere, sicut eorum mos ferebat.* Ait cautè eorum mos: nempe Iudæorum. Et cur hoc Iudæi? nè fraus legi fieret, quæ iusserat ad Solem occasum suspendiosos deponi. At deponi nisi mortui non debebant: diutius autem plerique viuebant: ergò hac, aut aliâ viâ mors festinanda. Aliâ etiam dico viâ: nec crediderim fuisse hanc solam. Lex quam tango, est in Deuteronomio, & vertit sic doctor Afer: *Si autem fuerit in aliquo delicto, ita ut iudicium mortis sit, & morietur, & suspendetis eum in ligno, sed & sepulturâ sepelietis eum ipsâ die.* Ergò Crurifragium propriè nihil ad Crucem: tamen quia se ingerit, & vile, atque item sæuum est juxtâ crucem, breuiter de eo dicam. Vox ipsa proba & vetus. Glossæ prisce: *Crurifragium* $\sigma\kappa\epsilon\lambda\theta\kappa\omicron\tau\iota\alpha$. atq;

Crura non ijs fracta.

Nisi fortè in Iudæâ.

Cur ibi

De Crurifragio.

alibi *Crurifrangium* rectè etiam scribunt. Nam *Tago & Tango, & Frago & Frango*, dixerunt: sed prior scilicet scriptio magis pro archaismo. Diuisit elegantiae gratiâ Apuleius: *Uxor diras in eum deuotiones deprecata, & crurum eius fragium, abominata. vbi adominata* pro vero magis & pro sensu. Ipsa res antiqua, & iam Plauti, & antè æuo, passim *Crurifragium* minati seruis. In eius *Afinariâ*:

Lib. ix.
de Alin.

Olim in
vsu.

— *Crura herclè offringentur,*

Afinar.

Age impudice, nisi istum percies.

Ferè in
seruos.

Et credam, vt crucem ipsam, peculiare fuisse seruis. Seneca: *Magnam rem sine dubio fecerimus, si seruulum infelicem in ergastulum miserimus. Quid properamus verberare statim, crura protinùs frangere?* Suetonius Augusto: *Thallo à manu, quod pro epistolâ proditâ denarios quingenos accepisset, crura effregit.* Idem in Tiberio: *Utrique mox (ministro cuipiam, & tibicini) quod mutuo flagitium exprobrâssent, crura fregisse.* Ergò in seruis: sed ita, vt liberi non immunes. siue in crimine, siue potius per sæuitiam vindicantis. Ita M. Mario Graciliano Cornelius Sulla *perfringi crura, erui oculos, amputari manus iussit.* Et Spendiani rebelles in Africâ, cum Poenorum optimates cepissent, *Κολοβώσαντες, καὶ Ἐωτεΐσαντες τὰ σκέλη, ἐπιζώντας ἔρριψαν εἰς τινὰ τάφρον: admutilantes, & crura conterentes, adhuc viuos projecerunt, in foueam aliquam.* Et in Martyres nostros plurifariâ sic sæuitum.

De Ira. III
cap. XXXI.

Cap. LXVII

Cap.
XLIII.

Interdum
& liberos.

Sen. de
Ira I I I.
cap. XVII.

Polyb. I.

Martyres
sic occisi.

uitum.

Lib. VII.
cap. XI.

uitum. Eusebius de his quæ in Arabiâ aut Cap-

padociâ: τὸν Μαρτύρων ὅτε πέλυξιν ἀναεργυμῶν, ὅ-
τε ὃ τὰ σέλη κατ'εργυμῶν: *Martyribus aliâs se-*

IIII.
Martij.

tyrologium memorat Hadrianum Nicomedia,
cum aliis vigintitribus, omnes sub Diocletiano mar-

XXII.
Maij.

tyrium crurifragio consummâsse. Idem de pluribus,
atque innominatis: Commemoratio S. S. Marty-

rum, qui in persecutione Maximini fractis cruri-
bus necati sunt. Et sæpius: Modus huius suppli-

Ratio
frangendi
crura.

cij, ut incus cum malleo, vel vecte ferreo inferretur,
ac tibias incudi imponerent, validis ictibus sic
frangendas. Colliges ex Actis Martyrum priscis,
quæ Surius vulgavit. Sublatum hoc supplicium à
*Constantino Victor aßeuerat, de quo in * loco.*

Tom. v.
die VI II.
Septembr.

* Lib. III.
cap. XIII

CAP. XV.

Corrumpi in cruce passi sunt, & nefas sepelire.

CORRVPTIO iam post Mortem. Quam sic
Cintellego, quòd nec mortuos deponerent,

Corrupti
in Cruci-
bus.

Lib. VI.
cap. IX.

sed tabo illic passi sunt: diffluere, & à Sole ac plu-
uiâ corrumpi. Valerius impressè hoc narrat de

Polycrate, qui ab Oroete cruci affixus: *E quâ, in-*
quit, putres ejus artus; & tabido cruore manantia
membra, atque illam leuam, cui Neptunus annu-
lum manu piscatoris restituerat, situ marcidam, Sa-
mos latis oculis aspexit. De quo ipso Afer noster,

Tertul. De
Animâ.

vt solet, succinctè: Polycrati Samio filia Crucem

Tertullianus expi-
catus.

prospicit de Solis unguine & lauacro Jouis. Tangit Lib. 122.
historiam, & somnium quod in Herodoto, & tu
ab eo pete. Sed hæc mens somnij, sublimem in
cruce madidandum à Ioue cùm plueret, à Sole
ungédum cùm is calidus è nudo corpore saniem
eliceret adipemque. Hanc in cruce putrefactio-
nem intellexit Theodorus Cyrenæus, cùm Ty-
ranno minanti eam respondit: *Suâ nihil interesse,* Apud Cic.
& Valer.
humili, an sublimi putresceret. Neque aliam Arte-
midorus, cùm malum diuitibus ominatur à som-
niatâ cruce: τὰς ὃ σαρκας ἀπολλύουσιν ἢ σαυρωθέντες:
Carnes enim amittunt qui in cruce fixi. Itâ in-
quam, amittunt, siue tempore & defluxu: siue &
lanienâ volucrum ferarumque, de quâ dixi.

Et Arte-
midorus.

Lib. 11.
cap. LVIII.

C A P. XVI.

Custodia & miles ad Crucem, nè quis detraheret.

Rarò abla-
ti è cruce.

ITAQUE hoc sine asseruati in Cruce, & depo-
ni rarum omninò fuit. Nisi quod Philo tamen Contrâ
Flacc.
notat, *receptum moribus fuisse in Natali Impera-
toris, aut simili die festo quosdam è crucibus deponi,
& permitti ad sepulturam: at Flaccum contrâ, no-
uos etiam tum ijs affixisse.* Nè quis autem de-
poneret, miles & custodia assêdit. Petronius: *Mi-* In Satyr.
*les cruces asseruabat, ne quis corpora ad sepulturam
detraheret.* Plutarchus in Cleomene: Ολίγαις δὲ
ἕσπερον ἡμέραις ἢ τὸ σῶμα ἔκλειομιμοῖς ἀνεσαυρωμιμόν
φυλάκοντες, εἶδον θίμεγέθη δρεκόντα τῇ κεφαλῇ πε-
πεπλεγμένον, καὶ ἀποκρύπτοντα τὸ πρὸς ὄπισθεν, ὥστε μὴ εὖ
ὄρεσθαι

Custodes
inibi.

ὄρνεον ἐπίπλευσας σαρκοφάγον: *Paucis post diebus, ij qui Cleomenis cruci affixum corpus custodiebant, viderunt magnum serpentem capiti ejus circumplexum, & faciem velantem tegentemque, nè qua carniuora auis attingeret. Vbi vtrumque habes, & custodiri solitos mortuos, & aues faciem in primis inuolasse. Possis ad hanc Custodiam illud Euangelistæ referre: Ἐχετε κησώδιον, ἀπάγετε: Habetis custodiam, abite. Quæ Pilati vox fuit ad Iudæos petentes asseruari monumentum. Videtur autem intelligere custodiam, quæ paullo antè ad crucem. nisi quis malit, Habetis custodiam; quasi ab imperante, & indignanter dante. Vox enim Græca in vtrumuis valet.*

Matth.
xxvi.

*Ambiguus
intellectus
in Euan-
gelistâ.*



I. L I P S I

D E C R V C E

L I B E R I I I.

C A P. I.

Transitio ad Rarum figendi Modum. Furca diuisa, & hic de Ignominiosâ dictum.



Quid Rarus modus.

Is diuisus.

BVNDE, quæ ad *Vulgarem* crucifigendi modum, diximus: *Rarus* superest, quem ipsum pari curâ imus expunctum. Eum suprâ descripsimus (& vox præfert) *sepositum*, & *minus* in *assiduo* vsu. *Sepositum* *æuo*, *Inuitatum* vel *Schemate* vel *Fine*. De his tribus ordine & partitè dicam (iuuat in his talibus) & in lucem forrasse protraham, quæ vsque adhuc parum claro oculo conspecta. *Æuo* *seposita* *Furca* est: olim quidem in creberrimo vsu, sed quæ paulatim desijt atque aboleuit. Mentio crebra non in historijs solùm, sed *Comœdijs* *priscis*: mentio tamen magis, quàm explicatio. ego hîc faciam, & pro copiâ ingenij dabo in splendorem. Ut possim, duplicem illam facio, *Veterem* & *Novam*. Priorem, quæ *priscis Romanis* (non enim apud alias gentes legi) *vsitata*: atque hanc iterum duplicem. *Ignominiosam* & *Pœnalem*. Illa est,

Furca duplex.

Iterum duplex.

Lib. x.
Orig.

est, quâ collo impositâ serui circumduci solent ob culpam aliquam, ostentui & ad irrisum. Isidorus: *Furcifer* dicebatur olim, qui ob leue delictum cogebatur à ^{Ignominiosa.} dominis, ignominia magis quàm supplicij causa, furcam circa urbem ferre, predicans peccatum suum, & monens ceteros ne quid simile peccarent. Plutarchus in *Coriolano*, *Humane habitos seruos à priscis dominis* notat, & addit: ὡς ἡ μεγάλη κόλασις οἰκέτε πηνημελήσαντες, εἰ ξύλον ἀμάξης ᾧ τὸν ῥύμιον ὑπερίδουσι ἀράμυθον, διεξέλθοι ἄρα τὴν γεινίασιν. ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν καὶ ὀφθαίς, ἐκέτι πίσιν εἶχεν, ἐκαλεῖτο δὲ Φερκίφεγ: *Erat autem magna castigatio serui delinquentis, si lignum curruis, quo temonem sustentant, tollens & ferens exiret circa viciniam.* Id enim passus, & sic conspectus, non ultra fidem habebat, & vocabatur *Furcifer*. Talia idem in *Quæstionibus Romanis Glossæ veteres: Furcifer, σωροκόμισθον, δικρανοφόρος.* (4) Παιόντες ἀντὶ ἡμωείας δίκρανον ἐν τοῖς τραχήλοις ἔχοντες σωροκόμιζον, διὰ τὴν πολέως σωρογόμοι: *qui patibulum fert, qui furcam. Qui peccauerant, pro pœnâ furcam in collo habentes circuibant, per urbem undique ducti.* Atque hæc illa prima est, ab ipsâ re & fine *Ignominiosa* à me dicta: quæ origo aut exemplar tamen *Pœnalis*.

CAP. II.

De Furcâ Pœnali, & casus sub eâ ad mortem.

EA est, quâ item collo impositâ circumducti, sed cum verberibus & pœna causâ. Atque ad eò mors

mors plerumque huic consequa: siue sub ipsâ

Sub furcâ Furcâ ad necem cæsis, siue cum eâ in crucem latis.
cadi. Seorsim vtrumque explicabo, & firmabo. Sub

Ad mor- eâ ad mortem cæsi: ex Suetonio, *qui pœnam more* Neron.
tem. *maiorum* interpretatur, *nudi hominis cervicem in-* cap. XLIX.

seri furca, corpus virgis ad necem cadi. Atque idem

etiam Victor: *Senatus sententiâ constitutum, ut,*

more maiorum, collo in furcam coniecto, virgis ad In Nero-
necem caderetur. Ac reperio exempla etiam in hi-

storiâ, etsi haud crebra. Liuius* incestum cum

*Vide Fe-
stum in
Probrum.

Vestale sic punitum ostendit: *L. Cantilius scriba* Lib. XXI.

Pontificum, quos nunc minores Pontifices appellant,

qui cum Floroniâ stuprum fecerat, à Pontifice

Max. eoque virgis in Comitio casus, ut inter ver-

bera exspiraret. Dionysius in culpâ simili, & de

ijs qui Vrbiniam stuprarant: τῶν ἢ διαπραξαυδῶν

τῶν ἀνοσίαν φθορῶν, ὃ μὲν ἕτερον ἑαυτὸν διεχειρίσατο,

τὸν ἢ ἕτερον ἢ τῶν ἱερῶν ἱεροσκοποὶ συλλαβόντες, ἐν ἀγο-

ρᾷ μάστιξιν αἰκισάμενοι, καθάπερ ἀνδραποδοῦ, ἀπέκλιναν:

Ex ijs autem qui illicitam corruptionem patraue-

rant, alter seipsum interemit, alterum ij qui sacris

præerant (ij sunt Pontifices) comprehendentes, in

foro flagris secantes tanquam mancipium, intereme-

runt. Nam etsi neuter furcæ hîc mentionem

faciat, tamen cum verberibus ad necem datos de-

narrent, probabile id ita ritu prisco factum: hoc

magis, quòd Dionysius quasi indicans addidit,

καθάπερ ἀνδραποδοῦ, *servilem in modum.* Quòd au-

tem liberi etiam sub furcâ interdum cæsi, exem-

plum

Lib. LV. *plum in Epitomâ Liuij clarum, de C. Matieno: qui accusatus apud Tribunos quòd exercitum in Hispaniâ deseruisset, damnatusque, sub furcâ diu virgis cæsus, & sestertio nummo uenijt.* Nam etsi ille non ad veram mortem cæsus, tamen ad ciuilem, & libertatem ciuitatemque pariter amisit. Atque ideò dixi *plerumque* mortem consequam: cùm & in Plauto legam:

Menæch. *Et ob eam rem in carcerem te desse compactum scio, Et postquã es emissus, casum virgis sub furcâ scio. Quæ obijciuntur seni uiuo etiam & videnti.*

CAP. III.

Ligatos ad Furcam in crucem solere tolli, Furcam, & patibulum videri eadẽ, aut haud longè disita.

SED cum Furcâ in crucem latos etiam dixi: quod rei nostræ facit. atque id tale fuit. Ligati ad Furcam, & sub eâ cæsi, per viam ducebantur; fixi deinde ad eam, tollebantur in crucem. Firmamus veterum scriptis. Arnobius: *Seruum pessimè meritum per Circi aream mediam traduxisse casum virgis, & ex more, multasse post patibuli pœnâ.* Ita legimus, non pœnam. Et quod ait, *ex more*, huic rei feligimus: quasi receptum videlicet & tralaticium post cæfionem hanc, suspendi. Nam etsi Arnobius non expressit sub Furcâ cæsum: tamen ita fuit, & in ipsâ hac narratiunculâ alij omnes consensu produnt. Liuius: *Seruum quidam paterfamilias nondum*

Non ad mortem.

Cum Furcâ appensi.

Arnobius obiter correctus.

Lib. VII. adu. Gent.

Lib. II.

dum commisso spectaculo, sub Furcâ casum, medio egerat Circo. Cicero: *Servus per Circum, cum vir- De Divi-
gis caderetur, Furcam ferens ductus est.* Valerius: nat. I.
*Cum servum suum verberibus multatum sub Fur- Lib. I.
câ, ad supplicium egisset.* Denique Lactantius, cap. VII.
qui & Patrisfamilix nomen expressit: *Antonius Lib. II.
Maximus* (potius *Autronius*, ex Macrobio) di- cap. VIIII.
verberatum servum sub Furcâ, medio Circo ad sup-
plicium egerat. Ergo sub Furcâ ad supplicium,
acti: sed nunquid in eâ appensi? Ita. quia hæc
Furca non aliud quam Patibulum fuit. Certa au-
toritas Macrobij: qui de illo ipso facto. *Autro- Lib. I.
nius*, inquit, *Maximus quidam servum suum ver- Saturr.
beratum, patibuloque constrictum, per Circum egit.* cap. X.
Quid hoc est, *patibulo constrictum*, nisi quod alij
omnes *Furcam* dixerunt, & Livijs de Horatio,
sub Furcâ vinctum? Nam ita res fuit. Alligari bra-
chia manusque ad hanc furcam solent: atque ita
circumduci, mox in eâ attolli. In Plauto legis, Mostell.
Dispersis manibus patibulum habere. item: *ire pa- In patibul.
tibulatum per vias.* Et quod Nonius ex eo citat:
Patibulum ferre per urbem, deinde affigi cruci. No-
ta verba & seriem: *Ferre*, deinde *Affigi*. Quæ ipsa
in Licinij historici fragmêto apud eundem No-
nium: *Ad patibulos* (ita mutato genere, pro *pa-
tibula*) *deligantur, & circumferuntur, cruci defigun-
tur.* Clarè omnia. Habes, vt in Macrobio, ligari
constringique ad patibulum; habes, circumferre;
habes defigi. *Circumferre* inquam. nam quod
vulgò

Furca &
patibulū,
eadem.

Plautinis
locis facta
lux.

vulgò est *circumferuntur*, vereor vt rectum sit. Correctus
Lucinius
Macer.
quia non profectò circumlati, sed ipsi pedibus
suis ibant: nisi tamen capias quasi circumductos.
Sed ego malim, *circumferunt* reponi. vt sit liga-
tos ad patibula, ea ipsa circumtulisse. Ita Plau-
tus: *Tu quidem hodie canem & furcam feras.* Nam
ibi Furcam, quod patibulum aliàs dixit. sicut &
hìc: *Cum furcâ in urbem, tanquam Carbonarium.*
Atqui docendum etiam est, in quies, in eâ appen-
sos. Nónne res clamat? Si enim Furca idem quod
patibulum: quid ambigas? Constat certè in pati-
bulo suspensos. Sed firmo & testibus. Festus: In ipsâ
furcâ ap-
penso.
Furcilla sive furcilla, quibus homines suspendebant.
Cedò, de quibus alijs hoc accipies? Plinius: *Sup-
plicia annua canes pendunt, inter adem fumentutis
& Summani, furcâ sambuceâ, arbore fixi.* Vix est
vt aliter intelligas, quàm in furcâ ad arborem fi-
xos. At clarissimè iam Firmicus: *Seuerâ animad-
uertentis sententiâ patibulo suffixus, in crucem crus-
deliter erigetur.* En, primò patibulo suffigitur,
deinde tollitur in crucem. Atque hinc illa phra-
sis, *Patibulo crucis affigi*: quia patibulum scili-
cet, hoc sensu, pars crucis. Distinguit & Tacitus: Patibulũ
propriè à
Cruce di-
uersum.
Patibula, ignes, cruces. & quod patens hæc trans-
uersâque pars sic dicta, Seneca indicat: *Alij bra-
chia patibulo explicuerunt.* sicut inferior defixusq;
stipes, *Cruce* propriè dictus.

Cafinã.

Lib. VI.
Ma-hel.
cap. XXXI.

CAP. IIII.

Qua forma Furca fuerit, obscure traditum in veterum scriptis.

SED qualis hæc suspensio, & quâ verâ germanaque facie ipsa Furca; vt ingenuè dicam, hæreo, & velut inter Solem & Orcum erro. Video, non video; probo, improbo; & planè quod Græci dicunt, τὴν γνώμην ἄλαντῶ. Suidas Furcam sic describit: Φῆρκα ἡ ῥωμαίοις ξύλον δίδυμον: *Furca Romanis est lignum duplex siue geminum.* Plutarchus paullò magis videtur aperire: διπλῆν ξύλον, ὃ τῶν ἀμάξων ὑφιστάσιν: *duplex lignum quod curribus subiiciunt.* Tamen hoc ipsum satis γυμνῶς & ἀορίσως, itaque distinctius alibi: ξύλον ἀμάξης ἢ τὸν ῥυμόν ὑπερέδρασι: *lignum currus, quo temonem sustentant.* Atque addit: ὃ γὰρ Ἕλληες ὑποστάτω καὶ στήριγμα, τὸ τῶν ῥωμαίων φῆρκαν. ὀνομάζουσι: *quod enim Græci Hypostaten & Sterigma (suffulcimentum & sustentaculum) id Romani appellarunt Furcam.* Benè & clarè pro suis Græcis: nos an scitiores? In Hesychio hoc saltem reperio: στήριγας (idem quod στήριγμα) δὲ τῶν ἀμάξων ζυγῶν: *illud biceps aut furcatum, quod subiiciunt currus iugo.* Iuuat, an moratur? istud potius, quoniam Ζυγὸν scribit siue *Jugum*, quod Plutarchus *Temonem* & ῥυμόν. Vtri accedimus? Plutarcho magis, nec video quid Iugo fulciendo subieceris, quod dependet & fer-

Quid Furca quaesitum.

Plutarchi designatio.

Dubis atq̄ de Hesychij loco.

In caussis.

In Coriellano.

tur collo boum. Ergo, me quidem arbitro, Hefychius, in vicinis voculis, sic corrigatur. Atque

Fortassis emendandus.

Lib. VII.
Antiq.

ex istis rem factam habeamus, si nota veterum curruum membra. Nescimus, & aliunde, si potest, lucem etiam mutuemur. In Dionysio, vbi poenā describit serui illius Autronij Maximi (de quo pluscula supra) hæc lego: Ἀνὴρ Ῥωμαῖος ὄντων ἀφανῆς θεράπωντα ἰδίου ἐπὶ τιμωρία θανάτου ὁμοδύλοις αἰεὶν, ἵνα δὴ περὶ φανῆς ἢ τιμωρία τοῦ ἀνδρῶπου γρή), δι' ἀγορᾶς αὐτὸν μασιγέμβροιν ἐκέλδυσεν ἔλκειν, καὶ εἴτις ἄλλος ὡς τὸ πόλεως ἔπος ἐπιφανῆς. ὅ ἄγοντες τὸν θεράπωντα ἐπὶ τῷ τιμωρίαν τὰς χεῖρας ἀποτείναντες ἀμφοτέρωθεν, καὶ ξύλῳ περσδήσαντες περὶ τὰ σέβρα τὲ καὶ ὄσθ' ὤμοις, ἕως μέχει τῶν καρπῶν διήκουσι, παρεγκολάζθην ξαινόντες μάλιστα γυμνὸν ὄντα: *Vir Romanus haud ignobilis, seruum suum ad mortis supplicium tradens conseruis alius ducendum, ut conspicua & illustris poena hominis eius fieret, per forum verberibus affectum trahere ipsos iussit, & si quis alius in urbe locus celebris. Qui autem ducebant eum ad poenam, manus eius ambas extendentes, & ad lignum alligantes, quod circa pectus et humeros ad manuum volam pertingeret, sequebantur flagris cadentes sic nudum.* Iam Plautus imagine etiam videtur voluisse expressam:

Dionysij verba de Furcā.

— ego remittam ad te virum

Cum furcā in urbem, tanquam carbonarium.

Castinā.

Plauti comparatio.

CAP. V.

*Ex ijs tres sententia eruta, & singula explicata.
Tertiam πδανυτάτω videri.*

HÆC sunt quæ apud veteres quidem legem rei huic illustrandæ. Nos ex ijs sententias, an somnia nostra? proponemus: impetrabili tamen veniâ, sicubi in antiquitatis illis tenebris subsistemus, aut labemur. Sententias, dixi. nam tria sunt quæ ex descriptiunculis elicio iam dictis.

Opiniones tres de Furcâ.

Prima. Primùm, Furcam potuisse esse facie quâ nostrum hodie Patibulum: atque id ipsum reliquias & exemplar esse à poenâ priscâ. Ait Plutarchus, *curru aut temoni subiectum fuisse.* quid olim, nescio: tale aliquid in nostris curribus supra ipsum axem. Ait Dionysius, *per humeros, per pectus ijsse:* hoc in isto, si collo imponas. Obstat tamen huic, quod disertè aiunt *ξύλον διπλῆν, διπρῆν, δίδυμον:* *lignum duplex, biceps, geminum.* Nam certè hoc triplex lignum est: etsi ista quoque forma Furca olim dicta.

Secunda. Sententia altera, Lignum fuisse geminum, quod à tergo per humeros, & antè per pectus, hominem medium includeret; atque ita rectum ad expansas vtrasque manus iret. Forma, quam Dionysius ingerere videtur & suadere. Quid tamen hîc simile Furcæ? quomodo in vtroq; isto ligno homo suspensus? Nam antè illud incommodauerit, imò ad guttur strangularit. Sed nec in curribus quid simile, scio. Sententia tertia. Furcam,

Tertia: atque ea firmata.

III.
De L. L.

cam, veram esse furcam: quam hodieque dici-
 mus, & quam Varro indicat, vbi Vultum ἐπιμο-
 λογεί: quòd singula ibi extrema bacilla furcillata fi-
 guram habeant littera v. Pro hac sententiâ multa
 sunt. Primum quod *Furca* διπερανος in bonis pri-
 scisque Glossis. item *Furcifer*, διπερανόφορος. Atqui
 διπερανοῖς Hesychius describit τὰς ἀπὸ μιᾶς δεξιᾶς
 Ἰπὶ δύο ἐκκευθῶσας, οἷον δύο τέλη ἔχούσας: eas que ab uno
 initio ἔξ capite in duo desinunt, tanquam duos fines
 habentes. Est planè figura Varroniana, & litteræ
 iam dictæ. Quid, quod in curribus hodie, quâ
 Temo cum axe coit, Furca est sustentando illi aut
 fulciendo? Denique cum descriptione Dionysij
 mihi conuenire videtur examussim. Da Furcam
 istam paulatim diuaricantem; ab humeris per pe-
 ctus, & inde manus veniat; est illud ipsum lignum
 quod descripsit. Iam Plauti Carbonarium, quò
 nisi huc referas? Ecce qui lignarios falces aut car-
 bonum saccellos hodieque ferunt, furcam iun-
 gunt. cuius caput cum exstantiâ aliquâ bacillo-
 rum à tergo est; longiores duo fines diuersi per
 pectus descendunt, & manu vtrâque (quasi ad
 contranixum) sustentantur. Atqui, inquires, ma-
 nus hîc non in alto expansæ. Fateor non in alto,
 expansæ tamen: & cum funibus traherentur, li-
 gatis ad extremas manus, etiam protendebantur
 tollebanturque. Quin alius locus Plauti est, qui
 videatur ab hac modestâ expansione, si attendis.
 Nam in Milite, seruus quispiam in ostio stabat,
 mulier-

*Iniectio
remota.*

mulierculam redituram expectans, & nequa elaberetur. Ad eum seruus alter:

Credo ego istoc tibi exemplo eundum esse actum extra portam,

Disperdis manibus, patibulum cum habebis.

Benè est, inquit. forma & status in te, qui mox erit; cum herus alligatum te patibulo per urbem ducet. Atquin stetit ego eum opinor, manibus ante se proiectis & leuiter diductis, habitu quo solent captantes & apprehensuri.



CAP. VI.

Ratio suspendendi per singulas illas formas exposita, atque etiam oculis proposita.

TRES sententias super Furcæ formâ habes: tu elige: etsi nos ad vltimam vides proclinator. Quomodo autem nunc Suspendio? Pro formis distinguenda est. Si prima placet, res facilis. In primâ Furcâ appensio. in trunco absciso, in paxillo infixio, imò in fissurâ supernè factâ, potuit firmiter appendi. Imaginem (oculorum enim magis res quàm verborum est) infrâ habes. Si altera, tùm sic censeo, ductos In secundâ. quidem cum duplici ligno ad Crucem, sed non cum vtroque in eam actos. Quod ante pectus, depositum putem: manus fixas in altero, atque idipsum in trunco, paxillo, fissurâ (vt prius) firmatum. Imaginem vide. Nec absurda aut vero nimis extranea sententia est: cùm & Patibulum Patibulû vnus stipes etiam. reperiam singularem eiusmodi rectumque stipitem dictum. Nonius ex Titinio citat:

— *si quisquam hodie* præter hanc
Posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc
Ei caput defringam.*

In Patibulum.

*Malim præter hac, vtpost hac, antehac.

Et interpretatur *Seram, quâ ostia occluduntur, quòd hac remotâ valvæ pateant.* Credo eum ex ipso argumento fabulæ sic proferre, & quòd Ianitor aliquis atque ostij custos hæc dicat. Certè quidem Sera est lignum transversum quod ostijs opponi solet, in postem vtrimq; immissum. Hodie quoq;


K vsus

vsus. Itaque Glossæ: *Sera, μοχλός δύεας*. Et Poeta aliquis — *excute poste seram*. Atque ego amplius arbitror. etiamsi olim Furca aliâ facie fuerit: tamen commodi causâ, & quia pronior faciliorque hæc appensio, successisse singulare hoc re-ctumque lignum, & id tulisse in humeris, manibus inibi reuinctis, in eoque mox figendis. At si tertia sententia sedeat, duplex potuit fuisse suspensio. Prior ista, quòd hominem sic reuinctum clavis in loco fixerint: tum Furcâ sublatum appenderint funibus ijsipsis (siue & alijs, non refert) quibus traxissent. Figuram infra vide. Posterior, quòd Furcam ipsam, sed inuersam, in trunco, aut paxillo appenderint, facie quam hîc quoq; vides.

Quid. in
Amor.

Furca
Species.

En tertiâ
appensio.



CAP. VII.

De Nouâ Furcâ, quæ nostrum Patibulum. Tribonianum substituisse passim in Legum libris.

DE veteri Furcâ sic censemus, cum lege resipiendi & resiliendi, si quis meliora. Mutare in his tabulis non mihi probrum. *Nova* sequitur quam dixi, quia inferioris æui inuentum. Ea est *instrumentum* è ligno triplici, formâ *fugæ veteris*, Quid noua Furca? cui appensos homines laqueo strangulamus. Hodie quoque usum & speciem hanc habet in plerâque Europâ. Non & priscis cognita? non arbitramur. Poena quidem laquei Homero expressa, qui facit Laqueo antiprisci necauerint? impudicas ancillas ab Vlyssæ sic puniri. atque idem infamem *νοὴ μὴ καδαργὺ δάνατον* (ita loquitur) *impuram mortem ostendit*: uti & Plinius, qui *præposteram*, dixit. quia *spiritus intercluditur, cui exitus quærebatur*. Sed à Græcis usurpatam vix reperias: nec à Romanis quidem in publico. et si ij, in carcere, damnatis gulam * laqueo frangebant. Credo cœpisse, cùm Crux desijt, & vicariam illi factam. Isidori quidem æuo nomen hoc & usum habuit. *Patibulum* vulgò, inquit, *Furca* Quando id cœperit? dicitur (ita nunc quoque in Hispaniâ, vbi ille scripsit) *quasi ferens caput. Suspensum enim & strangulatum hæc exanimat*. In libris legum, quas Tribonianus atque eius adiux collegere, satis frequens hoc nomen: & ut opinor, significatione nouitiâ: quia sublato Crucis supplicio, quidni

Lib. v.
Orig.

*Sed non
vt appenderent.

* Cuiaciū,
Fabrum,
alios.

etiam Furca vetus? Itaque ipsos Iurisconsultos
vsurpasse, non habet fidem apud* iuris & moris
antiqui peritos. qui verè notant, substitutum id
pro Cruce: causâ apertâ & liquidâ, quia Con-
stantinus lege latâ sustulerat Crucem. Ergo ipsi
quoque, qui leges collectum ibant in æui illius
& sequentis vsu. Exempla plura sunt, & notata
alijs: quædam etiam vbi inconspectio. vt in isto
Callistrati, de Pœnis: *Famosos latrones furcâ fi-*
gendos placuit. Inconspectè, inquam, imò ineptè.
Quid? ad Furcam nouam homines figuntur? cer-
tum est astringi. Sed fuerat *Cruci figendos*: moue-
runt alterum, altero retento, quod non debebant.
Simile in Vlpiani de Pœnis: quod exscriptor
etiam fortasse corrupit. *Decuriones in metallum*
dari non possunt, nec furcâ subijci. *Cruci* in Vlpia-
no fuerat: sed quis dixerit, *Cruci subijci*? Itaque
* *subfigi*, vel *suffigi*, verum censeam, & eandem
ἀπερὸ βλεψίας hic agnoscam.

L. XXIX

L. IX.

* Vt in li-
bris ali-
quoties
scriptum
vidimus,
causam
corrupte.

CAP. VIII.

*De Raro modo in Schemate. Et primum de Inuer-
sâ suspensione.*

Varij fi-
gendi
modi.

ADEATIM de Furcâ, quæ inter *Raros* figen-
di primus Modus fuit. Alter, qui *Schemate*
à vulgari diuersus. Intellego, *cùm alio atque alio*
habitu hominem affigebant. Id quoq; factitatum,
vt ingeniosa crudelitas est in pœnas. Iosephus, vbi
narrat Iudæos iussu Titi crucifixos: *Περόνησαν δὲ*

Lib. v.
Excid.
cap. xxv

Ἐσφαλῶνται δὲ ὀργῶν ἔμῃς ἔδῃ αἰλουῦτος, ἄλλον ἄλλω
 γήματι, πρὸς χλοῖω: *Affigebant milites, ab ira ἔ
 odio, eos quos ceperant, alium alio Schemate, ad lu-
 dibrium.* Hæc schemata varia fuere; quæ in le-
 ctione vidi, tangam. Est illud, quod *Inuersum*
 dixeris, cùm hominem in caput suspendunt, pe-
 dibus sublatis. Seneca: *Alij capite conuerso in ter-* Inuerso
capite.
ram suspendere. Eusebius ostendit Martyribus in

Consolat.
ad Mart.
cap. xx.


Lib. viii.
cap. viii.

Ἄγυπτο id factum: καὶ ἄλλοι πάλιν μὲν ἀνασκολο-
 πιδέντες, Ἐ μὲν κτ' ἡ ζωῆδες τοῖς κακέρχοις, Ἐ ἡ καὶ
 χειρῶν ἀνάπαλι κατωκάρα προσηλωθέντες: *Atque*
*aliij iterum crucifixi. quidam more in maleficis rece-
 pto; quidam etiam deterius, inuersa figurâ, Ἐ in*
caput pendentes. Quod ipsum in D. Petro, sed eo
 rogante, ne assimilaretur Magistro. Abdias: *Et*
*accedens ad Crucem, rogauit ut inuersis vestigijs fi-
 geretur.* Chrysostomus: Χαίρεις Πέτρε, ὁ τοῦ ξύλου
 τοῦ σαυροῦ ἀπολαύσας, καὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ διδασκάλου
 σαυρωθῆναι ἔ θελήσας ἐν ὀρθίῳ γήματι, ἀλλὰ μᾶλλον
 ἐπὶ κεφαλῶν, ὡς εἰς ἐργονὸν τὴν πορείαν ἐπὶ γῆς ποιέ-
 μεν: *Gaudeas, ὁ Petre, crucis lignum degustans,*
Ἐ ad instar Magistri crucifigi recusans in recto
Schemate, sed magis in caput obuersus, tanquam in
cælum viam à terrâ faciens. Et Petrum quidem
 etiam clauis inibi fixum, idem Chrysostomus te-
 statur: Ὡ ἀλογημηδοὶ ἦλοι, οἵπνεσ τὰ ἄγια ἐνεῖνα μέ-
 λη διήλθον: *O benedicti Clauis, qui sacra illa mem-
 bra penetrarunt!* Sicut & Calliopius Martyr, *post*
tormenta, verso in terram capite Cruci affixus est.

Oration.
in Petr. &
Paul.

Martyrol.
vii. April.

Affixus, non deuinctus. Tamen & funibus adstricti . vt Symeon Metaphraustes de Philippo Apostolo: *Flagris cadunt & verberant, deinde cum funibus à talis vinxissent, sublimem suspendunt precipitem.* In cruce enim aut stipite sic suspensum accipio. Nec aliter Ammianum: *Dra-* Lib. xxii.
contius & Diodotus, iniectis per crura funibus, exanimati sunt.



CAP. IX.

De obliquâ suspensione, de varicante, & inter arbores scissione.

REPERIO & obliquos super crucem crucisve positos: vt in Plutarchi Artaxerxe: Is narrat Parysatidem regis matrem infensam Eunucho cui piam, arte redegisse in suam potestatem. tum iussisse ἐνδείξει ζωῶν, ἃ τὸ μὲν σώμα πλάγιον διὰ τριῶν σωρῶν ἀναπήξει, τὸ δὲ δέρμα χωρὶς διαπαλαθεῖσθαι: *cutem vno detrahi, & corpus quidem obliquum iacensque tribus stipitibus sine crucibus infigi, pellem seorsim in palo poni.* Video & inter duos palos dispectis manibus pedibusque alligatos, vt in Martyrologio, de Anastasiâ: *Manibus & pedibus extensis ligata est ad palos.* Video & inter arbores appensos, & reductis ijs, scissos. De Coronâ Martyre: *Ipsa inter arbores scissa, Victor autem decollatus est.* Quod ipsum Schema ad Cruces referendum Propertio facilè accredam, quî sic appellat:

*Arboresque cruces Sinis, & non hospita Graijs
Saxa, & curuatus in sua fata trabes.*

Senecam etiam huc traham, si fidem libris pri-
fcis habeo, qui inter genera Crucium recenset,
distracta in diuersum actis crucibus membra. Ita libri inquam, quos ego vidi. Est tamen vulgò *curribus*, bono & suo sensu. ad Metium enim respiciat: etsi vetus desitumque id supplicium, nec inter vsitata fortasse ibi referendum.

Martyrol.
xiiii.
Maij.

Epist.
xiiii.

*Obliqua
infixio.*

Decussata.

CAP. X.

De Modo qui Fine diuersus . primum de his qui in Cruce vstulati.

TERTIVS figendi modus Rarior, qui *Fine* diuertit à vulgato. Quem intellego, cùm *cruces aliò spectant, & hominem capiunt moriturum in ipsis, non per ipsas.* In exemplis discas. Tale, cùm appensi flamâ aut fumo necati. Olim factum, ex Cicerone discas: qui fratrem obiurgans, *Quid opus fuit, inquit, eiusmodi litteris, quas ad ipsum misisti? Illum crucem sibi constituere, ex quâ tu eum antè detraxisses. te curaturum fumo vt comburatur, totâ plaudente provinciâ.* Verba Quincti & minæ eò spectant, vt homo in cruce fixus vstuletur fumo. Alexander etiam Imp. quempiam qui fumum vendiderat, quasi compari poenâ affecturus, *ad stipitem ligari praecepit, & fumo apposito quem ex stipulis & humidis lignis fieri iusserat, necavit, pracone dicente, Fumo punitur qui vendidit fumum.* Atque in Martyribus nostris hoc genus crebrum. Acta vetera de Pionio: *Confixus clavis in cruce, aggestis lignis, flamâ combustus est.* Nec aliter Polycarpus mortuus, antistes Smyrnaeorum. Ipsi in epistolâ: *Μελλόντων ὃ αὐτὸν καὶ πρῶτον εἶπεν, Ἄφετε με ἕτως. ὃ γὰρ διδὸς ὑπομένειν τὸ πῦρ, δώσει ἔχωρῆς τὸ ὑμετέρας ἐν τῶν ἡλῶν ἀσφαλείας ἀσφάλως Ἰημεῖναι τῇ πυρᾷ. Οἱ ὃ ἔκαθῆλωσαν, πρῶτον εἶπεν: Cùm pararent eum cruci suffigere, dixit,*

*Fumo
necati in
cruce.*

*Lib. i. ad
Q. Frat.
epist. ii.*

*Lamprid.
in Alex.*

*Aut flam-
mâ.*

*Apud Eu-
feb. li. iiii.
cap. xv.*

dixit, Relinquit me sic. qui enim dedit expectare ignem, dabit & sine vestra clavorum firmitate, solutum manere in rogo. Illi autem non confixerunt eum, sed ligarunt. Quin vno etiam tempore plures, appensi pedibus in sublime, (nota hic & Schema inuersum) capite verso deorsum, suffocati fumo, & lento igne consumpti sunt. Non ergo iniuriâ Tertullianus scripsit: Licet nunc Sarmentitios & Semaxios appelletis, quod ad stipitem dimi-

Tertullianus explicatus.

Martyrol.
xxii.
Iunij.

Apologet.
cap. vlt.



di axis reuincti, sarmentorum ambitu exurimur. significat enim adeo crebrum in maiores illos nostros & in religione proceres supplicium hoc fuisse, vt in illudium conuitiumque venerit, & Christiani vulgò Semaxij, à stipite cui astringebantur, & Sarmentitij, à farmētis quibus vrebantur, sint dicti. Atque hoc est quod Axem, vocat alibi incendio constrictum, id

est, ad incendium iam cum homine ligatum.

Lib. De
pudicit.
cap. vlt.

De his qui bestijs in Cruce obiecti.

CRUX & ista *Fine* alia, cùm homines in eâ
 Bestijs ob-
 iecti in
 cruce.
 fixos bestijs obijciebant. In publicis specta-
 culis id sæpe factum. Epistola Lugdunensium, de Apud En-
 feb. Lib. v.
 cap. 1.
 Blandinâ Martyre: Βλανδίνᾳ Πηξυλῶν κρεμαθεῖσα
 περὶκεῖτο βορᾷ τᾶν εἰσβαλλομένων θηρίων . ἢ καὶ διὰ τοῦ
 βλέπεως Σλαυροῦ χήματι, ἔ δια τ᾽ ἐν τῷ κωροσδυχῆς
 πολλῶ ποροθυμίᾳ τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐνεποίει: *Blan-
 dina in ligno suspensa prostituta est esca & laniena
 incurrentium ferarum. Quæ & quòd in specie Cru-
 cis videbatur, & ob continuam orationem, multam
 alacritatem inijciebat certantibus.* Sed factum &
 nō Christianis. vt illi apud Martialem Laureolo:

*Martialis
 explicatus.*

Qualiter in Scythicâ religatus rupe Prometheus Lib. 1.

Assiduam nimio pectore pavit avem,

Nuda Calidonio sic pectora præbuit urso

Non falsâ pendens in cruce Laureolus.

Nec satis capiunt, certè non reuelant, interpretes.
 Vult quempiam sustinuisse velut in fabula per-
 sonam Laureoli: & cum is pro argumento cru-
 cifigendus esset, sed in speciem & moris causâ:
 rem ex fabulâ Titus fecit, & noxium quempiam
 ita fixit, & fixum bestijs etiam obiectit. Dico *ob-
 iecit.* atque ita propriè: aliud est, dare ad bestias.
 Vopiscus in Aureliano: *Sanè Anestheus postea
 surrectus ad stipitem, bestiis obiectus est.* Surrectus,
 valet rectus ligatus. Hic est *stipes*, quem Ter-
 tullia-



Sueton.
cap. XLIII.

In Nero-
re.

lianus appellat *Leoni* <sup>Tertullia-
nus.</sup> *concessum*. Ita lego,
non *Leone*, libello De
Pudicitia extremo.

Atq; ad hunc ipsum
morem infamis & in-
fanda illa turpitude
Neronis : *quâ viros* <sup>Et Sueto-
nius.</sup> *feminasq; ad stipitem*
deligatos, ipse fer a pel-
le contactus, emissus è
caveâ, medios inua-
debat. Xiphilinus è
Dione : *Μεράκια καὶ*
κόραϊς σαυεγῆς γυμναῖς
περσοδέων, ἀμείου τέλι-
νος δορὸν ἀνελάμβανε, ἔ-
περσοπίπλων σφισὶν ἠσέλγαιεν, ὡσπερ τὶ ἐοδίω.

C A P. X I I.

De mortuorum in Cruce suspensione.

AC postremò *Cruce* *Fine* alia, cùm non viui
sed mortui in eâ appensi. Notabis. & quod
nobis solenne in rotâ exponere supplicio iam af-
fectos, ad notam sceleris & infamiam, id olim in
Cruce, & Orientalibus præsertim. De Romanis
nondum lêgi. nisi quòd *Cæsar piratas*, à quibus
captus esset, cùm in deditiōem redeçisset, quoniam
suffixurum se *cruci* iurauerat, *ingulari* prius *in*sit,

Mortuorum
Crucem
dati.

Suet. cap.
LXXIII.

atque ita suffigi. Sed id per clementiam, & vt subtraheret diuturnæ poenæ. Alij per sæuitiam & ad infamiam, vt dixi. Ita Carthaginenses in Hannone. *qui captus virgisque casus, effosis oculis, & manibus cruribusque fractis, velut à singulis membris poenæ exigerentur, in conspectu populi occiditur: corpus verberibus lacerum in cruce figitur.* Idem Parysatis in Eunuchò, de quo * *suprà.* Item Ptolomæus Ægypti rex, in Cleomene. qui etsi manu suâ animosè cecidisset, tamen *αγορεύει τὸ σώμα κρεμάσθαι κατὰ βυρσώσαντας: iussit corpus crucifigi, cum cutem prius detraxissent.* Vbi obseruo obiter, antiquum hunc morem excoriandi in supplicijs, Ægyptijs Persisque fuisse, quem & hodie Ægyptij tenent. nam grassatores sicariosque ita puniunt, diu viuos, donec ad vmbilicum carnifex perueniat: quod narrat Iohannes Leo, qui eum fide satis & iudicio res Africæ & Ægypti scripsit. Neccadauer solùm, sed imagines sublatae in crucem. exemplo in Celso: cuius corpus à canibus consumptum est, & nouo iniuriæ genere imago in crucem sublata. Auctor Pollio in xxx. tyrannis.

*Plerumq;
post mutilationem.*

Iustin.
lib. xxi.

* Cap. ix.
huius libri.

*De glubere
olim crebrum
Orientalibus*

C A P. XIII.

E quo ligno Crux fuerit? Item in Monte plerumque defixam, ipsam saepe altiusculam.

PEREGIMVS, de Formâ & Modo: duo velut succisiua & extra diuisionem relicta, nunc adiungo *Materiam & Locum.* E quâ materie
Cruz?

Cruz? ex obuio & prompto aliquo ligno. E quâ nostri Seruatoris? censemus è quercu. Primum quia viri fide digni asserunt, frustra sacratissimi huius ligni quæ hodie exstant, speciẽ hanc referre. Tum, quia crebra & frequens in Iudæâ olim & nunc quoque illa arbor. Tertio, quia robustum lignum & fixationi laturæque aptum. Itaque Silius in eo etiam crucifigit.

*Cruz
Christi è
quercu.*

Lib. I.

Quem postquam diro suspensum, robore vidit.
Iterum.*

* possis tamen pro quouis ligno capere, more poetarum.

Ibidem.

— *Erecto suffixum robore mastis
Ostentabat ouans populus.*

Nam quod superioris aliquot æui scriptores tria aut * quatuor genera ligni in Cruce dominicâ agnoscunt, curiosè magis dictum arbitramur quàm verè. At quis *Locus* cruci? Incertus, & pro arbitrio: tamen plerumque conspectus aliquis, & iuxta vias. Exempla enim exempla esse desinunt, nisi aliorum animum oculosque in se

* Cedrum,
Palmam,
Cupressum,
Oliuam.
Cruces
vbi?

Declam.
CCLXXV.

vertant. Quintilianus: *Quoties noxios crucifigimus, celeberrima eliguntur via, vbi plurimi intueri, plurimi commoueri hoc metu possint.* Ita Alexander Imp. Eunuchum in crucem tolli iussit per eam viam, quâ erat seruis suis ad suburbana Imperatoria iter frequentissimum. Quinetiam opida, certa loca habuisse videntur, huic rei adtributa. Sic Mamertini, more atque instituto, crucem fixerunt,

*Iuxta
vias.*

Cic. v. in
Verr.

Annal. xv.

in viâ Pompeiâ. Sic Romæ iuxta urbem Tacitus agnoscit *Locum seruilibus pœnis sepositum: quod*

de Cruce & Crurifragio interpretamur. Hac ipsâ
in alto. de causâ posita ea sæpe in monte. Vt Seruatoris
 nostri, in Caluarix: vt Polycratis, *in excelsissimo* Lib. v. r.
Mycalensis montis vertice. Quin ipsa sæpe alta, cap. vi.
 præsertim in noxio aliquo insigni. Irrisio Galbæ
 huc pertinuit. qui cuidam *imploranti leges & ci-* Sueton.
uem Rom. se testificanti, quasi solatio & honore ali- cap. ix.
quo pœnam leuaturus, mutari, multoque præter ce-
teras altiore, & dealbatam, statui crucem iussit.
 Altiore, vt digniori; albatam, * vt ciui, qui in
 veste albâ. Tale in Iustino, de Carthalone: quem Lib. xviii.
 pater, *cum ornatu suo, in altissimam crucem, in con-*
spectu urbis suffigi iussit. Et Pœni factitarunt in
 Regulo. Apud Silium:

— *vidi cum robore pendens*

Italiam cruce sublimis spectaret ab aliâ.

Ipsa cru- Iam illa Amanis præalta: qui Mardochæo *cruc-* In Esthere
ces sæpe *cem quinquaginta cubitorum* posuit, sed ipsi ascen- cap. vi.
alta. *dendam.* Sanè pleræque omnes altiusculæ. atque & vii.
 idèò communiter Tertullianus: *Timebit forsit an* Ad Marr.
Caro gladium grauem, aut crucem excelsam. Quam cap. lxxi.
 ipsam rationem Lactantius in Dominicâ affi- Lib. iiii.
 gnat. *Nam quoniam, inquit, is qui patibulo sus-* cap. xxvi.
penditur, & conspicuus est omnibus, & ceteris al-
tior: crux potius electa est, qua significaret illum tam
conspicuum tamq̃, sublimem futurum, vt ad eum co-
gnoscendum pariter & colendum cuncta nationes ex
omni orbe concurrerent. O inopinatum, sed ve-
 ram dictionem! cui fides maximè nostro æuo fa-

Cru- om-
nia am-
plexa.

cta:

Etā: cūm, virtutē & gloriā magnā Hispanicæ gen-
tis, Novus etiā orbis vênit in Christianas leges.

CAP. XIII.

Cruce sublata, atque etiā Crucifragium fortasse.

Quando id factum, quæsitum.

NUNC pedem in ultimo velut spatio pono,
quod est *Quatenus* Cruce usurpata. Post-
quam enim Vitam ipsam interfecit, non diu illi
vita: & sustulit ex humanis, aut certè Romanis
rebus, Constantinus. Serio iam ille Christianus, Constan-
tinus cru-
cem è sup-
plicijs tulit
& colendum illud atque eximium pœnis vilesce-
re damnatorum. Ergo sustulit. Victor: *Vetus ve-
terrimūque supplicium patibulorum, & cruribus
suffringendis, primus removit.* Cassiodorus: *Sup-
plicium Crucis, quod primitus apud Romanos erat
in usu, lege prohibuit.* Atque efficaciter etiā sus-
tulit: nec postea reperies reductam. Augustinus:
*Antea homines cruci figebantur, quod postea edicto
prohibitum, manet.* Scholiastes Iuuenalis ad illud
— *Partemque cadaueris adfert, notat: Homi-
num. nam antiqui crucibus figebant.* Non ergo eius
quo. atq; ex eo discas non nimis antiquum ipsum,
etsi antiqua doctum. Quando autem sustulit? Tempus
investiga-
tum.
serò, nec nisi sub imperij extrema. Colligo, quia
illo iam imperante mentio etiā crucium: quid,
quod apud ipsum? Lex in eius nomine exstat
Theodosij Codice: quā serui ac liberti, qui domi-

In Con-
stant.

Hist. Trip.
1. cap. 11.

Quæst. in
Vet. Test.

Lib. 11.
Tit. 11.

nos aut patronos accusare aut deferre tentauerint, denegat à audientià, patibulo adfiguntur. Iam Iulius Firmicus, qui eius regno scripsit, non semel Crucis meminit vt recepti supplicij atque vsitati. Suprà exempla reperiēs, atque adde istud de latronibus: Hi, inquit, *in crucem tollentur, aut publicà animaduersione damnati crudelissimà nece peribunt.* Atquin illa ipsa Firmicus scripsit, sub finem eius imperij, & liberis iam adultis. Disces ex fine libri primi. Ergo serò, vt dixi, & sub vitæ finem. Indicat clarè Sozomenus, qui inter omnes ab eo leges hanc recenset postremam. *Ἀμέλει τοῦ αἰγυπτέου,* inquit, *νομισθῆναι ῥωμαίοις τῶν ἑσσυμένων ἡμετέριον νόμον ἀνεῖλαι τῆς χεῖρας τῶν δικαστέων:* Denique prius vsitatum Romanis crucis pœnam, lege sustulit *ex usu tribunalium ac iudiciorum.* Ait, *δικαστέων:* an hoc indicans, quod nondum sublata ex vsu omni priuato? & quod dominis etiam in seruos vetus suum ius? cogitandum sit. Sicut & illud, satisne Victor ex vero de Crurifragio pariter sublato scripserit, verbis quæ iamantè dedi. Ratio vix esse videtur. Quid enim Cruci aut Christo etiam cum Crurifragio? nisi quia latrones fortasse iuxta Christum. Ridiculum videatur. & si fuit, illud magis sit, quòd martyres multi eo tætro supplicio sint interfecti. Sed profectò sub Constantio eius filio vnum id reperio. *Apollinares ambo,* ait Ammianus, *pater & filius, vt mandatum est, fractis cruribus occiduntur.* Nam quod Firmicus

Lib. viii.
cap. ix.

Lib. i.
cap. viii.

Appensa
verba So-
zomeni.

An Cruri-
fragium
vnà sub-
latum.

Lib. xiiii.

Lib. viii.
cap. vi.

etiam

etiam agnoscit, abijci elidique potest ratione quam præiui. Tamen eius verba hæc: *Hi tales aut in crucem tolluntur, aut illis crura publicâ iudicium animaduersione franguntur.* Vbi notabis, palàm, vt diuersum, à cruce seiungi: quod suprâ monui.

CAP. XV.

Honores quos Constantinus Cruci habitum iuit. Signis ea & vexillis imposita, aut inserta.

HIC exitus Pœnalis Crucis fuit: & iam à Constantini primordijs Salutaris nostra cœpta honorari. Causa & origo à victoriâ contra Tyrannum. Nam cùm Maxentium aggressus esset, ἀγωνίων πιδιὰ τοῦτο, τύπος αὐτῶ σαυρικοῦ μέσης ἡμέρας δι' ἀσέρων ἐφώλη κατ' ἔρανον, καὶ γραφὴ πρὸ τῶν σαυρῶν ῥωμαϊκοῖς σοιχείοις, Εν τούτῳ νικά. Εκ χειρὸς τοίνυν αὐτίκα χελδίσας σαυρῶν κτ' τὸν φανέντα τύπον αὐτῶ, καὶ τοῦτον κελδίσας στρατίας αὐτῶ παρρησιάζει, τοῖς τοῦ Μαξεντίου συρρήγνυ' καὶ ἰσοερεῖ: *ambigenti & animo anxio ob ista, figura ei crucis mediâ die, stellis effecta, apparuit in celo, & scriptura circa eam Romanis litteris, In hoc vince. Igitur ex auro statim subitario opere efformans crucem, iuxta speciem qua apparuisset, & hanc iubens prægredi exercitum, cùm Maxentianis prælium commisit, & superauit.* Itaque statim victrix illud signum militaribus signis inseruit, & maximè Labaro quod inter ea primum. Prudentius ad ipsam Romam.

Honos
primus
Cruci.

In signis
militari-
bus.

Zonar. in
Constantino.

Contra
Symmach.

M

Agnosce

*Agnoscas Regina lubens mea signa necesse est,
In quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro praefertur in hastis.*

Dupliciter Poeta notat Crucem insitam signis, semel in vexillorum purpurâ, gemmis intextam & expressam: iterum in hastarum vertice superstantem, solido auro formatam. Sed, vt dixi, in Labaro maxime ea conspicua. de quo Prudentius:

Contra
Symmach.

*Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum.*

Duplex
notis in
Labaro.

Quomodo Christus? quia & nomen eius in ipso velo expressum, & crux nihilominus in hastâ.

Eusebius diffusè: Ἰψηλὸν δόξου χριστοῦ κατμφοισμῶ-
νον, κέρας εἶχεν ἐγκαρσίον, σαυροῦ γήματι πεποιημένον.
ἀνω δὲ πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς, σέφανθ' ἐν λίθων πολυε-
λῶν καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένῳ κατεσήμετο. καθ' ἃ
τὸ ὠμοῦ ἐπιγορεύει τὸ σύμβολον δύο σοιχεῖα, ἃ Χριστὸς
ᾠδαθηλοντα ὄνομα, διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμενον χα-
ρακτήρων, χαζομένε τοῦ Ρ καὶ τὸ μεσαίτατου: *Sublimis
hasta auro circumuestita cornu transversum habebat
effictum in formâ crucis. Supra vero, in ipso
culmine omnium, corona è lapidibus pretiosis ἔσ
auro contexta infigebatur: iuxta quam salutaris appel-
lationis symbolum, due litteræ Christi nomen expri-
mentes, per primos dumtaxat characteres, litterâ
Graecanicâ Ρ scilicet decussatâ ἔσ scissâ per medium
ipso Χ. Neque cruces modò signis inferi voluit;
sed hoc amplius, solas: ἃ τῶν χρυσοῦν ἀγαλμάτων
ὁποῖα πρὸς τὸν αὐτοῖς ἔδθη ὡς, τὸ μηδὲν: ἃ aurea*

Lib. 1.
cap. xxv.
De vita
Constant.

Euseb. De
vitâ Const.
lib. 1. 11.
cap. xxxi.

rum imaginum cuiusmodi antea solebant, nullas.
Intellegit aureas imagines vultusque Imperato-
rum. Forma ecce in Nummis.



CAP. XVI.

Cruce in militum armis: in Imperatorum capite & manibus: in monachorum veste: inseri eam preferunt & templa.

NE c verò in Signis solùm Cruce expressa, sed etiam ipsorum militum armis. Eusebius:

Ἡδη δὲ καὶ ἐπὶ αὐτῶν τῶν ὀπλῶν τὸ ἑσωτηρίου τροπαίου σῦμ- Ibidem.
 βολον καὶ αἰσημαίνεαδ' ἐποίησεν: Jam verò in armis ipso-
 rum militum salutaris tropæi signum iussit exstare.

In Clypeis
Christus.

Quibus armis? duplicibus, Clypeis & Galeis: sed
 ita, vt Christi quidem ipsum nomen (litteris &
 notis, quibus in Labaro) clypeis inscriberetur,
 Galeis autem imponeretur supernè Crux ipsa.
 Prudentius sic discriminat:

Cruz in
Galeis.

— clypeorum insignia Christus

Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

Et meritò Christus in clypeis, eo ritu quo solent
 nomina Imperatorum. Atque etiam hodie Con-
 stantinopoli sunt columnæ, à Constantino, vt
 putatur: in quarum basibus clypei cum his no-
 tis ✠ ω.

Contra
Symmach.

Cruz in
Diade-
mate.

Sed & crucem in suum caput & ad Diadema
 Imperator transtulit, hicne, an alius? In Hiero-
 nymo quidem lego: Regum purpuras & ardentes
 diadematum, gemmas patibuli Saluatoris pictura
 condecorat. Et credo ab ipso esse Constantino: qui,

Epist. ad
Lazam.

Et in effi-
gie Impe-
ratoris.

& in figuratiōibus solidorum & in imaginibus pro-
 prijs signam crucis iussit inscribi. Id Sozomenus
 quoque asserit: Πλαττομῶν τε ἐν νομισμασι καὶ εἰκόσι
 γεγραφομῶν ἐπέλθουσιν αἰεὶ συληθῆσθαι καὶ συντυπῆσθαι
 τοῦτο τὸ θεῖον σῦμβολον. καὶ μαρτυροῦσιν εἰς ἐπὶ τῶν εἰκόνες
 αὐτῶν Ἰησοῦ τούτου ἔσσαι ἑ γήματα: Impresso autem sibi
 in nummis, aut picto in imaginibus, iussit semper ad-
 primi & adpingi istud diuinum symbolum: & te-
 stantur etiam nunc imagines quæ in eo schemate ex-

Historia
Tripart.
lib. I.
cap. IX.

stant.



Heraclij Imp. nummus aereus.



stant. Statuam etiã sibi erigi fecit Romæ in vrbe mediã, quæ manu hoc salutare signum teneret, cum inscriptione quam apud Eusebium, qui vo-

De vitã
Const. I.
ca. xxxiii.
& alibi.

*Manu id
tenet.*

* Etiam
quorun-
dam, qui
nec Chri-
stiani.
Ocro no-
tat in Gal-
lieno, & Ro-
mulo Au-
gustis.

quorum * Nummis hodieque cruces variè vide-
mus. Aliàs victoriæ sunt quæ manu eas leuent;
aliàs ipsi, idque dupliciter. aut enim solam eam
gestant, aut globulum cui ea infixæ. De globulo
Suidas etiam tangit, & causam aperuit, in Iusti-
niano. Qui, inquit, ἔσπισε τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα Ἐπιπέδιον

*In globo
fixa.*

ἐφ' ἵππου. καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαιρα, ἐμπε-
πηγότεν ἔσασαυρον ἐν αὐτῇ, ὑποσημαίνοντος ὡς διὰ τὸ εἰς
τὸν σφαιρον πίστεως τὸ γῆς ἐγκρατὴς γέγονε. σφαιρα μὲν
γῆ ἢ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς ἔσ αὐτῆς χημάτος. πίστις δὲ ὁ
σφαιρος, διὰ τὸν ἐν αὐτῇ σαρκὶ παροσινωθέντα θεόν: Iu-

stinianus imaginem suam posuit super columnam
in equo. Ea sinistra manu fert globum, cruce in eo in-
fixa: significante quod per fidem in cruce, terra do-
minus sit factus. Globus enim terra est, ob hanc eius
rotundam formam: fides autem crux, ob Deum qui
carne in eâ affixus. Nec tamen Iustinianus inuenti
eius auctor: exstant Theodosij aliorumque nummi

*Eum Prin-
ceps manu
ferebat.*

sic insigniti diu ante illum. Quin obseruo Princi-
pes Byzantinos in progressibus publicis crucem
hanc prætulisse suapte manu. Ioannes Curopa-
lates: Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν τοιούτων φορημάτων φορεῖ ὁ βασι-
λεύς οἷα ἀν βαλεῖτο, τὸν δὲ γε σφαιρον ἐν δεξιᾷ φέρει αἰεὶ.
E reliquis gestaminibus gestat Imperator qua vo-
luerit cunque: Crucem autem dexterâ semper gestat.

Lib. De
Offic. An-
te Con-
stant.

Atque

Atque infra: Καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χεὶ κατέχει τὸν σταυρὸν, ὡς Ἰωάννης ἐστὶ κελεύει τὸν βασιλεῖα ὅταν ᾖ τὸ στέμμα φορεῖ: *Et dextrâ quidem manus tenet crucem, sicut solenne est teneri ab Imperatore, quoties ἔσθημα fert, id est diadema. Ab hoc ritu etiam nunc crucifer ille globus inter Sacri illius Imperij insignia: quod tu nunc RVDOLPHE CAESAR per tot inclytos maiores ad te missum tenes, tenebisq; diu (ita voueo) bono Christiani orbis.*



CAP. XVII.
Laudatiuncula Crucis.

SED iam mihi salue

Ω ξύλον μακαρισόν, ἐν ᾧ θεὸς ἔξῆτανύσθη.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit.

Quod

Quod his elogijs cum Damasceno lubens merito afficio, Θυρεός καὶ ὄπλον καὶ τρόπαιον καὶ τὸ διαβό-
 λον, σφραγίς, ἵνα μὴ θίγῃ ἡμῶν ὁ ὀλοτεθῶν, τῶν κειμέ-
 νων αἰάσεις, τῶν ἐσώτων στήματα, ἀδενῶν βακτηρία,
 ποιμαινομένων ραβδός, Ἰησὺς ρεφόντων χερσαγωγία, παρο-
 κοπιόντων τελείωσις, ψυχῆς σωτηρία καὶ σώματος, πάντων
 τῶν κακῶν ἀποτρόπαιον, πόντων τῶν ἀγαθῶν πρῶτον,
 αἰμαρτίας αἰάσεις, φυτὸν ἀνάστασεως, ξύλον ζωῆς αἰώνια:
 Clypeus est armatura, est tropaeum contra diabolium,
 signaculum, ne tangat nos eversor, jacentium erectio,
 stantium fulcrum, infirmorum scipio, pastorum vir-
 ga, reuertentium manu ductio, proficientium perfe-
 ctio, anima conseruatio et corporis, omnium ma-
 lorum auersio, omnium bonorum conciliatio, peccati
 pernicies, stirps resurrectionis, lignum vitae aeterna.
 Da hanc nobis O AETERNE.

Lib. VIII.
 De Orig.
 Fide.

FINIS LIBRI III. DE CRUCE.

I V S T. L I P S I
 A D E O S D E M L I B R O S
 N O T A E.

A L L O C V T I O.



AD TEXTVM etiam meum, Lector, visum fuit breuiter hæc notare. Cur non in ipso? quia non pro omnium gustu hæc talia, & plerisque fatis est capita rerum delibasse. Causa etiam, quia placuit quædam explicatius aut firmiter iterare. Debui sane, vt hoc æuum est: in quo calumniæ, vt ille inquit,

Quasi herba irrigua, succrèrunt uberrimè.

In culpâ sumus, siue quid commisimus, siue etiam omisimus: & plerisque pulchrum, non nisi τὰς ἀκάνθας τῶν βιβλίων ἐκλέγειν. Ego verò scio *neminem esse tam felicem, qui non subiectus sit errori, & hoc non demeritis esse proprium, verum hominis.* Itaque ne nunc quidem cum caueo, fatis cauero: vtique in isto vario & diffuso scribendi

*Spinas librorum eligere.

N genere,

genere, in quo *alius alio plura inuenire potest, nemo omnia.* Quò magis mirū, quoidam nobis insultare: nec cogitare quàm multa ipsi fortasse non repperissent, si primi quæssissent. Non sum tam Lynceus, inquit, quàm mihi videor. Egone? testor te summe Deus, non videor: & si quid olim in calidâ illâ ætate calidius, abijt, & veris me pretijs nunc æstimo & pendo. Quò longius in hac vitæ viâ progredior, magis magisque aspicio circumfusam animo caliginem, corpori imbecillitatem. Heracleitus, opinor, olim dicere solitus, *Se cum iuuenis esset, nihil scire; cum senex, nihil ignorare:* mihi planissimè contrà euenit, & qui olim aliquid scire visus, nunc parum aut nihil. Et ô miseri, quid nos, doctrina, fama sumus? Ipsi puluis, illa opinio, ista ventus. Atqui etiam tangunt quasi manum iniecerimus scriptis alienis. Vellem parcius: certè non merito meo fit, qui prolixè & libenter honorem ingenijs inuentoribusque habitum iui, nisi sicubi Dialogorum ratio & decorum id impediuit. Tale in Saturnalibus. neque negamus virum magnum multa ante nos.

tè nos in eo argumento obseruiffaſſe: ſed ſcripta eius exſtant, quid detraximus? Illud tamen non arbitror, ibi aut alibi inſignioreſ notam aut correctiunculam malâ fraude in nomen meum tranſſcriptam. Tetigit aliquis hanc aut illam materiam? quid tum? ego fortaiſſis impleui. Et vt ſerio loquar, lectionis aut collectionis tota iſta res eſt: cur alteri imputemus? Tot iam annos, imò luſtra, in iſdem illis ſcriptoribus verſor, volo reuoluo in eaſdem curas: malè mehercules de indiſtriâ ingenioq; noſtro ſentit, quiſquis aut non lecta ea nobis cenſet, aut neglecta. Vt è fonte quod haurimus, noſtrum eſt, quiſque tamen ſuo vaſe: ſic quod è communibus illis ſcriptoribus, ſed quiſque pro iudicij ſui modo. Denique legere aut colligere, parum eſt: ſeligere, diſponere, eloqui, poſcit laudem. Hæc & talia ſatiare nos ſcriptionis poterant: melior ratio reuocauit, & ſuaſit publico prodeſſe quâ poſſum. Opes atque arma noſtra, ſtilus. Quem tamen in alium nunquam ſtringam aut proferam: abſit: Chriſtianum me cõmemini, id eſt, Sacer-

Infocia-
bile.

dotempacis. *Habet gloria*, ait Plinius, *praesertim in studijs, quiddam αἰσχροπρεπές*: Nolo in me expetat. & quodcumque moriar, feram mecum hanc conscientiam, nullius me famæ inuidisse, quosdam meæ. Quod si ævum hoc parùm etiam gratum sit: quid novi? *Suum cuique pretium posteritas rependet*. Tu Lector vale, & iuuantem, aut certè volentem, ama.



NOTÆ AD LIB. I.

CAP. II.



GABALVM] Exoticam vocem esse per me suspicabar, didici & Hebræam origine à Mart. Antonio Delrio, doctissimo & amicissimo viro. nam illis *Gab*, excelsum: *Gabal*, terminus, aut rectus stipes in agris. Quid nisi tale crux, quæ erecta, & in excelso? Reperio & in Persicarum vocum indice (à Franc. Raphelengio nostro habui) *Gali* notare excelsum. Iam nostras vox quantulum abit, qui Patibulum *Galgam* appellamus?

Cruces Caucasorum.] Potes pro ipsius supplicijs accipere, & cruciariâ morte. Ausonius de hac quoque Promethæâ:

Sic inter rupes Scythicas stetit alitibus crux.

Vnde Promethæo de corpore sanguineus ros.

Iunius Bassus apud Senecam lib. I. Controu. III. *Nihil amplius putabam adijci istius audaciæ posse, quàm quòd in illâ cruce Vestam nominauerat.* Nusquam sanè crux, sed virgo deijcienda de saxo erat, Vestam inuocauit, & cecidit illæsa.

AD CAP. III.

Confixum esse Christo dicit.] Est illud Pauli ad Rom. cap. vi. *Οτι ὁ παλαιὸς ἡμεῖς ἀνθρώποι, συνεσταυρωμένοι.*

Cruciarus.] Quo modo & *Verberonem*, *Flagrionem*, *Mastigiam* dicimus, verberere, flagro, mastige dignum. Tertullianus aliter hac voce utitur. *Febris per cruciarios & mortiferos exitus erogat hominem*: id est, cruciantes. Quâ mente & *Vinum crucium* in Lucilio Festus obseruat, insuave, acerbum.

AD CAP. IIIII.

Σταυρός & Σκόλοψ.] Nec tamen nego pluribus etiam verbis in hanc rem uti. Ecce & *Ικειόν* appellant crucem. Scriptor anonymus apud Suidam: *Ικειόν Ιουδαίοι τὴ σωτήρα προσήλωσαν: Lignum recto Iudæi Seruatorem affixerunt.* Sunt qui ita hoc verbi explacent & vertant in Thucydidis vitâ, quam scripsit Marcellinus: *Ικειόν ἐπὶ τῷ τάφῳ κείῳ, τὸ νεοταφίε δὲ τῷ γνώρισμα εἶναι ὀπιχώριον καλνόμενον ἀπὸ τῶν ἐπὶ ταύτῃ δυσυχία τετελευτηκότων, καὶ μὴ ἐν Αθήναις ταφέντων:* Aut quosdam opinari Thucydidem peregrè & in exilio mortuum. *Lignum enim siue Tabulam super sepulchrum eius positum esse. Hoc autem inanis & honorarij tumuli*

patrium signum & solenne Atticum haberi, in ijs qui tali infortunio obysent, nec Athenis sepulti essent. Sunt, inquam, qui Crucem aut Furcam vertant, nec mihi probant. Magis est, ut *Ιερίον* hâc lignum nauale sit (peregrinantis, aut absentiaë indicium, quoniam mari ferè ex Atticâ abitur) de quo Hefychium vide. Ille idem Grammaticus addit: *Ιερίον, σανίδαμα, ἢ ξύλον ἐν ᾧ κακῆργοὶ ξίουται.* Melius *δέουται.* Id esset, lignum siue axis in quo malefici ligantur. Atque ita Eustathius in Iliad. x. *Σανίς, ἐν ἧ τῆς κακῆργες ἔδουται.* *Affer, in quo maleficos ligabant.* Item Aristophanes: *Βασανίζων πάντες ξίουται, ἐν ᾧ πάντες δῆσαι:* *Omni modo torquens, in asserem ligans.* Reperio & in Eusebio *Ιερίον* pro cruce, & supra adduxi, lib. II. cap. XII. *Σανίδα* in hac re dixit Herodotus in extremâ Calliope: *Απαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν αὐτῶν σανίδα προσπασσαλίσσαντες ἀνακρέμασαν.* Quod vertunt: *Adductum hunc in litus de partibus humi asseribus suspendunt.* Vide an non *σανίδα* legas potius, hoc nostro sensu: *Abducentes eum ad litus, asseri affigentes suspendunt.* Esset affixio in stipite simplex.

Κρεμάων.] Ita palàm Plutarchus in Cæsare, de piratis: *πολλὰς ἠπέλιψε κρεμάων αὐτοῖς: Sape minatus crucifigere eos, ut Latini omnes loquuntur & narrant.* Est & Antiochi regis edictum, quo philosophos regno pellit, & pœnam etiam affectantibus ponit istam: *πάντων δὲ νεανίσκων ὅσοι ἀνὰ λισκονται πρὸς τέτοις γινόμενοι, δύο κρεμάσονται, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν αἰτίαις ἔσονται μεγίσταις.* *Iuuenum verò quicumque reperientur apud istos, ij suspendentur, & patres eorum herebunt in maximâ noxâ.* Ita Athenæus recitat lib. XII. sed vtrum de hac nostrâ in cruce suspensione, an de aliâ in trabe accipimus? In trabe, inquam, ad verberandum flagellandumque. quem morem Græcis Latinisque fuisse, comœdiæ atque alia docent.

Aliorum inanes logos.] Ita verè, inanes. Nam Alcibiades quale est? Ait *Histiæum Milesium* intellegi, quem Sardibus prapositum Artaphernes & Harpagus cruci fixerunt, capite desecto & ad regem misso. Ita Herodotus, inquit, libro sexto. Quod verum est: sed quid *Histiæo*, cum *Achæo*? Respondet, *ideo sic vocari à πότῃ, quia Histiaus Milesius fuit, Milesij coloni Ionum, Iones Achæi.* Ergo à Patriâ, *Achæus*. Quis color in hoc sermone? Sed nec amicicum nostrum audio sine auctore scribentem: *Achæum intellegi Lydia regem, qui ob auaritiam necatus in Pactoli aquis pependit.*

AD CAP. V.

Memorem Veneris Proserpina Adonim.] Ausonius fabellam aspicit, quæ est ista. Venus iam olim puerum hunc deamauerat,

& vt sola frueretur, clam deposuerat apud Proserpinam. Sed hæc mox in eadem flammâ: ac repetenti Veneri negat dare. Lis est, itur ad Iouem. Ille rem sic componit, vt Adonis, quod ad vsu, in tres anni partes fecaretur. Primâ, vt Adonis Adonidis esset: secundâ, Veneris: tertiâ Proserpinæ. Acquieuerunt. sed enim Adonis pronior in Venerem, suum quoque trientem illi tribuit. Hæc Apollodorus lib. III. Bibliothecæ. Ergo istud est, quod Proserpina nunc cruce vindicat. Theocritus & ipse huc aspexit, Eidyll. XIII.

Ἐρπεις ᾧ φίλ' Ἀδωνί, καὶ ἐνθάδε κ' εἰς Ἀχέρουτα
Ἡμιθέων, ὡς φαντὶ, μονώτατος.

*Migras, o bone Adoni, istuc & ad infera regna,
Semideum, vt dicunt, solus.*

Nam vult non alteri concessum, vt modò ad inferos modò ad superos iret, & alternis copiam sui faceret duabus deabus.

Arbores recisas leuiter.] Ad has, vel ad nudum alium stipitem, alludit Quintius in epigrammate quo pœtam Græculum facerè est vltus. Ille Philippum & Macedones insigni victoriâ fregerat, cuius laudem ad Aetolos transferre Alcæus quispiam voluit Græcâ leuitate. Scilicet quia in auxiliis Romanis fuerant Ætoli. Scripserat igitur:

Ἀκλαυσοὶ καὶ ἀθαρτοὶ, ὀδύπορε, πρὸ δ' ἔπι τύμβῳ

Θεσσαλίας, τρισσαλκείμεθα μυριάδες,

Αἰτωλῶν δ' ἠμύθεντες ὑπὸ ἄρεος, ἠδ' Ἐλατιῶν,

Οὐς τίτος ἔυρεῖνς ἤγαγ' ἀπὸ Ἰταλίας:

Indefleti, inhumati, his campis ecce iacemus

Thessaliae, casi milliatè decies,

Ætolo domiti sub Marte, & Marte Latino,

Quos Titus è latâ duxerat Italiâ.

En Ætolos Romanis præpositos, & quasi hi accessio illorum. Mordit Titum, & vltus est, sed versus versus. Rescripsit alludens:

Ἀφλοῖος καὶ ἀφυλλός, ὀδύπορε, πρὸ δ' ἔπι νότῳ

Ἀλκαίῳ σαυρὸς πηγυται ἠλίβατος:

Corticibus & fronde carens, hæc monte, viator,

Alceo cruce de-figitur aëria.

Quibus versibus significat crucem defixam ibi stare, quæ hominem illum expectet. Plutarchum in Quintio lege: & simul nota, altam hic Crucem poni, quasi in scelere insigni, suo loco à nobis dictum.

Isidem verò Cererem.] Ipse Tertullianus hoc affirmat, de Coronâ militis: *Prima Isis repertas spicas capite circumtulit.* nam quæ hæc Isis quæ spicas repperit, nisi Ceres?

AD CAP. VI.

Nescio an Mæcenati descripta.] Ambiguè profero, quia etſi Mæcenatis verba nobis faciunt, vix tamen Senecæ, qui velut interpretans ſubdit: *Suffigas licet, & acutam ſeſſuro* (ita legendum, non *ſenſuro*) *crucem ſubdas, eſt tanti vulnus ſuum premere & patibulo pendere diſtriçtum.* Atqui *pendere*, & *patibulo* quidem, vix eſt vt conueniat in noſtram *Acutam*. Niſi ſi tamen *patibulum* etiam de vno ligno, in quo homo quomodocumque expanſus: quod haud nimis velim ſperni. Si diſplicet: alia interpreta- tio quærenda ſit crucis hîc *acuta*. An ideò talis, quia cùm dolore acri necat? vt morbi quidam acuti medicis. Lentè probem: & mauelim opinari genus aliquod crucium triſte, rarum, in quo ſti- pes, cui homo acclinatur, ſtimulis clauis que acutis ſit præfixus. vt cùm acquieſcere vellet (*ſeſſuri* vox in Senecâ) pungeretur ac ſcinderetur in corpore auerſo. Nihil ſuper hoc legi, fateor: com- mentum eſt merum, niſi ſi quid iuuat illa Reguli machina, quæ ſic armata, & in eam ipſe inſuſus. Quæ etſi noſtra crux non fuit (aumarium potiùs quoddam & arca) tamen & *crucem* Seneca appellauit epiſtolâ xcviij. item que libro de providentiâ cap. iij. Certè quidem *Acuta* vocem in Mæcenatis verſibus non ſic leui- ter & in ventum additam, ipſe indicat Seneca, qui eam attollit ac repetit (tu vide) quaſi in eâ ſententiæ momentum.

Iam olim ſic legimus.] Nempe in Curis ſecundis: id que è libris. tantum? imò antè me Pincianus, vir fidei & iudicij bonus. Mu- retus tamen aliter: ſed qui benè examinat, ſtabit à noſtrâ. cuius ſententia, *Hanc vitam mihi ſuſtine & proroga, etiam ſedenti in acuta cruce.*

AD CAP. VII.

Ipsi verterunt ξύλον δίδυμον.] Quod ipſum pro cruce poſuit incertus ſcriptor apud Suidam: *Ευράν δ' ἐϊλλέσον φθορέα, ἐκρέμασεν ὑπὲρ δίδυμῶν ξυλῶν*: *Inueniens Illuſtrum corruptorem ſuſpēdit in gemino ligno.* Id eſt *cruce*: etſi Suidas interpretatur, *τὴν παρὰ ραί- μαίσις φέρειαν.* Vide ipſum in voce *Δίδυμον*, & *Ἰλλέσος*.

AD CAP. VIII.

Penula aut manui.] In penulâ aut veſte monachorum crux, imò & cruces, ſi rectè capio Nicephorum Gregoram, qui ſic de Imp. Andronico monacho nouello: *Ανω μὲν ἔρουθρον ὑπερθετικῶν τῶν θεῶν σαυρῶν ὑπὸν, κάτω δ' ἐ μέλανα*: *Superne rubrum prætulit di- uina crucis ſignum, inferne nigrum.* Duas diuerſi coloris cruces appo-

appositas videtur dicere: nisi tamen vnā intellegit, sic distinctam. Quod manu autem tulerint, hodieque in Æthiopicibus siue Abyssinis ille mos, vti vulgus reliquum cruces è collo pendulas gesser, monachi hoc amplius etiam manu. Auctor Damianus à Goës in illorum rebus. Illud etiam mihi nouitium lêgi, miseros oppressosque: cruces prætulisse, haud aliter quam olim infulas & velamenta. Ligurinus lib. viii. de Italis hoc notat, qui ius auxiliumque poscebant ab Imp. Frederico:

— ex omnibus vndique multi
 Urbibus ac vicis aderant, queruloque ferebant
 Innumeras clamore cruces. hoc quippe querelas
 More solent aperire suas.

Cum anulo vel ansulâ.) Anfulam Becanus facit, & interpretatur (ita ingenium & scopus viri fuit) *μυστικός*, quasi moneamur apprehendere crucem, & eam tenere. Quid si oculum esse dicam? Iuuet aliquid Macrobius, qui inter notas Ægyptiacas refert, & significare ait Solem. Lib. i. Saturn. cap. xxi. *Osfirim Ægyptij vt Solem esse asserant, quoties Hieroglyphicis litteris suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inq̃, eo speciem Oculi exprimunt, & hoc signo Osfirim monstrant: quia Solem, Iouis oculum, appellauit antiquitas.* Et sanè quia signum hoc Tau *Vitam venturam* designauit: nonne appositè Sol ascriptus, qui auctor vitæ?

AD CAP. X.

Vnicornis enim cornua.] Curiosè & pæne dixerim morosè explicat Iustinus. simplicius multo Tertullianus, aduers. Iud. cap. x. *Tauri decor eius, cornua unicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter vsque ad summum terra. Non utique Rhinoceros destinabatur unicornis, nec Minotaurus bicornis: sed Christus in illo significabatur. cuius cornua essent crucis extrema. Nam & in antennâ nauis, quâ crucis pars est, hac extremitates huius cornua vocantur. Vnicornis autem medijs stipitis palus.*

* *Ἄλλων ῥῶν καὶ τῆς Ἐρωταίων.*] Mutilus locus. & aptant quidem hæc ad trophæa vulgaria, siue monumenta victoriæ: ego cum in verba intendo, ambigo: & nescio quid de fascibus potius subolet dictum. *Per illos* (ita verterim *δι ὧν*) *progressus in publicum sunt: illi verè signa imperij & potestatis.* Atque cum insertâ securi, crucem referunt planissimè. Nonne etiam Tropæa? inquires. Quis nescit? sed præiuit fortasse aliquid de Tropæis illis: hinc magis de fascibus (mihi quidem (dixisse videtur. Nec moueor quod *Ἐρωταίων* voce vtatur: nonne & suprâ Malum in



nani sic vocavit? & Eusebius etiam Labarum illum militarem. Possunt & verba alia excidisse. Nec pono tamen ista, sed propono.

Αὐτοκρατόρων ἀποθνησκόντων τὰς ἐπιόνας.) Quæ illæ sunt? quis me docet? In Nummis, in statuis nihil tale video, nec vsquam in cruce propositos Principes defunctos. Subdubitabam an ad aquilas respueretur, quæ volantium habitu, & in cælum tendentium passialis conspiciuntur in Nummis, & additum CONSECRACTIO. Scilicet quasi Iouis illa ales animam defuncti ferret in gremium Iouis. Certè quidem eam formã crucis esse & Patres monent & res ipsa docet. Sed non placet. Hoc nunc magis, intellegere eum imagines defunctorum Principum, quæ ordine innexæ in militaribus signis. Nec enim viuorum, solum illuc effigies, sed magis mortuorum. De isto ipso æuo Constantini Eusebius, libro 11. De vitã eius, cap. xv i. Describit Licinij milites in pugnam, more veterum, id est, gentilium exeuntes: οἱ δὲ, inquit, πολυπληθεῖα θεῶν παρῶντες αὐτῷ πολλῇ δυνάμει χειρὸς ἑραπῶν πῆρς ἐπέθεσαν, νέμερον εἰδωλὰ θαύματων ἐν ἀψύχοις ἀγάλμασι προσεβλήμενοι: *Hi quidem numero deorum freti cum multâ manu militari ingruebant, mortuorum imagines in signis inanimatis præferentes.* Et scripsi de hoc more ad Taciti Annales. Ergo hoc Iustinus approbat, Vos, inquit, cruces colitis, cum Imperatorum & quidem Diuorum imagines proponitis in hastis & vexillis, quid nisi in crucibus? Nam ea illis figura. Respexi etiam aliquando ad Tertullianum, in Apologetico: *Quod non simulacrum prius argilla deformat, cruci & stipiti superposita?* Sed hoc diffusum nimis est, nec tangit Imperatores tantum.

AD CAP. XII

Populariter & ad causam Cicero dixerit.] Quod historicâ fide, non opinor. Plinius non ei fautor lib. xxxvi. cap. xv. *Novum & inexcogitatum antea posteaq̃ remedium inuenit ille rex (Tarquinius Superbus) ut omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora, spectanda ciuibus, simul & feris volucribusq̃ laceranda.* Nam liquet eum loqui de mortuis & iis qui se interficerent laborum tædio, quos ille crucifixit. At non id in viuus vsurpauit primus, ut ait, vltimusq̃ue.

Arboribus suspendunt.] Haud iniuriã ambigo, ad vtram pœnam referam, laquei, an Crucis. Nam nec verba alterutrum
 eu in-

euincunt, nec alia exempla. Lego in Martyrologio, die XIII. Martij, de duobus Monachis, quos Longobardi suspendio necauerunt in arbore. In ipsis Longobardorum legibus, Tit. c. XIII. Si seruus regis Morth fecerit, ita decreuimus ut componatur ipsa persona sicut adpreciatus fuerit: & seruus ipse super fossam mortui appendatur, & in eum vindicta detur, & sit caussa finita. Plurimum (antiquorum quidem) nunc non memini: & hæc ipsa incerta, nec diiudicauerint litem.

IVSTI LIPSI

AD LIB. II. NOTÆ.

CAP. II.



APVT obnubito] Quod plerisque puniendis factum, præsertim si gladio. Hegefippus lib. v. cap. XLVII. Dum percussor moratur, clausis iam fasciolâ oculis, sese proripuit ad Romanos. In vitâ Cypriani: Postea verò B. Cyprianus manu suâ oculos sibi texit. Sed & cum ducebantur ad carcerem, aut ad mortem, caput tegebatur. Tacitus III. Annal. Trahebatur damnatus, quantum obductâ veste & astrictis faucibus niti poterat, clamitans. Ammianus lib. XIII. Carnifex rapinarum sequester, & obductio capitum, & bonorum ubique mulctatio. Imo & torquendis hoc factum. In Curtio lib. vi. de Philotâ: Dum obligantur oculi, dum vestis exiuitur, deos patrios, gentium iura inuocabat. Propriè autem de crucifigendis, vetus illud carmen quod iam explico: & in libro Esther, cum Aman ad crucem rapitur, Statim operuerunt faciem eius.

AD CAP. III.

Ασραγαλωτὰς μάστιγας.] Addo, si nosse lubet, quasdam etiam dictas ασραγαλωτὰς, istis haud abfimiles, contortas scilicet & nodosas. Suidas: ασραγαλιῶδες, διεσραιμένον· Καὶ ασραγαλωτὴ μάστιξ. Addit deinde verba incerti scriptoris: Ο δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν μασιγᾶσθαι τῇ ασραγαλωτῇ μάστιγι.

AD CAP. V.

Quid opus erat auxiliatore & subsequa, qui adleuasset?] Ira vulgata quidem opinio est, dumtaxat adleuasse. At D. Hieronymus in Mattheum censer etiam tulisse, sed seorsim & post Christum. Nam cum Ioannes apertè scribat Christum tulisse, alij tres Evangelistæ Simonem Cyrenæum: ipse conciliat, & hoc intelligendum est, inquit, quòd egrediens de Pratorio Iesus ipse portauerit Crucem suam: postea obuium habuerint Simonem, cui portandam crucem imposuerunt.

AD CAP. VII.

Super lignum seipsum extendit.] Quid si de transuersario tantum ligno capias, in eo figi solitos, & deinde subduci atque appendi? Pugna omnis cesset; & breuiter fortasse rem dixi.

AD CAP. VIII.

Clauis aut funibus] Nescio an Lucanus non utrosque memoret in his occultioris sententiæ versibus, qui quoniam toti ad crucem, ponamus, & retegamus. Lib. vi. de magâ Thessalâ.

—— *Laqueum nodosque nocentes*

*Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrasiq; cruces, percussa que viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admissio Sale medullas:
Incertum manibus chalybem, nigramq; per artus.
Stillant is tibi sanie, virusq; coactum
Sustulit, & neruo morsus retinente pependit.*

Quod ait *laqueum & nodos nocentes*: alij *nocentum* edunt: atque ita haud incommodè ad vincula aptes, quibus noxij. ad cruces astricti. Tamen in aliquot scriptis libris, *recentes*. & id malim: credamque ad suspensiosos dumtaxat referendum, & qui seipfos illaquearunt. Reliqua iam de Cruce: & *percussa viscera nimbis, & incoctas sole medullas*. signanter dixit de corporibus quæ (vt lib. i i. cap. xv. scripsi) in crucibus relicta, situ marcida & rabi- da fiebant, quatenus volucres non laniarent. Iam *Incertum manibus chalybem*, clauos intelligi liquebit, si emendes *Insertum*. Nam hos quoque appetitos ad Magicas artes. Apuleius ostendit, in describendâ ferali illâ officinâ, lib. i i i. *Hic nares & digiti, illic carnosæ clauis pendentium*. Sed & ampliùs de his funibus addo. Videri, quorundam iudicio, necessarios fuisse in omni fixatione. Nam volunt manus ligatas, ne se subducerent ad ictum aut commouerent. tum etiam vt firmius & cum adminiculo pendèrent. deinde

deinde & alterum funem ad pectus, corpus ambiisse sub ipsas alas, eoque subleuatum hominem & attractum in summam crucem. Id porro factum ad motis vtriusque scalis. Eius sententiæ vir stirpe & moribus antiquis Ioannes Boisotus est, qui amicè hoc suggessit. Et sanè de scalis, apponere eas pænè necessarium videtur, vti que ad Erectam crucem. Quomodo aliàs subduxeris, aut fixeris? Etiam de funibus sunt quæ suadeant, præter antè dicta. vt Hilarius de Trinitate lib. x. *Penduli in cruce corporis pæna, & colligantium funium violenta vincula, & adactorum clauorum vulnera.* Iungit simul & funes & clauos, vt Lucanus. Etiam illud Christi vaticinium in Petri mortem, poscit funes. Ioannis cap. xix. *Extendes manus tuas, & alius te cinget.* Cinctio ista vinculorum in cruce est. Theophylactus: *την ἐπι τῆς σταυροῦ ἐκτασιν καὶ τὰ δεσμὰ δηλοῖ: Extensionem in cruce & vincula notat.* Tertullianus in Scorpiaco: *Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruce adstringitur.* Atque ecce in tabula formam duplicem fixationis, pro duplici subductione.

*Aeschylus
μαχα-
λιστικῶς
appellat, in
Prometheo.*





Tres reperit.] An & duas latronum tranſtulit, non cultus ſed memoriae cauſſa? Videtur ex Suida, ſi tamen ex meo nunc ſenſu corrigendus. In voce φόρος inquit: καὶ τὸν τῆ φόρος κεχωρισμένον ὑπῆρχον δύο στρατηγοὶ τῶν δύο ληστῶν, καὶ ἐπιόν μύρον ὡς ἡλείφατος ὁ χρυσοῦς, καὶ πολλὰ ἕτερα σημειοφορικά, τεθέντα μὲν ὑπὸ τῶν κωνσταντίνου τῶ μεγάλου, ἀφανισθέντα δὲ ὑπὸ τῶ μεγάλου Θεοδοσίου: Nam puto legendum δύο σαυροί. Qui verò fuerint στρατηγοί, ſiue duces duorum latronum? nec id ſit idonei vllius ſenſus. Vertam igitur: *Infra forum deſoſſa erant dua cruceſ duorum latronum, & vaſculum unguenti quo Chriſtus unctus, & alia multa inſignia, poſita quidem a Conſtantino magno, ſublata verò ſub Theodoſio magno.* Admonitus poſteà per litteras ſum à Ioanne Liuinio amico noſtro, ſerid & ſine ambitione docto, vitium eſſe ab imperitia tranſſcriptorum. qui cùm in autographo repperiſſent φοῦρ, quod compendiariâ illâ ſcripturâ σαυροί erat, fecerunt flagitiouſè στρατηγοί.

AD CAP. IX.

Αμείψτω γέ] Ita benè & doctè Franc. Nanius, cùm antea eſſet ὁμοψήτω. Et ſanè clauī iſti grandes: atque ita ipſe Nonnus idem-

idemtidem σιδήρεα κέντρα appellat, *Stimulos ferreos.*

Contra tendunt alij, & suggerunt quaternos.] Atque ego, etfi negavi me decidere, pronior sum in hanc partem. In templis Græciæ hodie intellego passim Christum cruci affixum, disparatis pedibus sic pingi. Vidimus id ipsi Venetijs in gentis eius templo, tum & alibi in antiquioribus picturis. Audio & Treuiris clauum qui asseruatur, disertè in memorijs antiquis scribi *clauum pedis dextri.* Addo autem, Constantinum Imperatorem quosdam ex his clauis (id quoque multitudinem suadet) inseruisse capiti statuz quam suo nomine Constantinopoli posuit. Zonaras: Ο δὲ θεϊότατος αυτοκρατορ εἰς οἰκίαν ὄνομα τὸ ἀγαλλμα (τὸ δ' ὀλλωνος) ἔσπασε, τῇ καφαλῇ τέττε πινὰ ἡλίων ἐναρμυσάμενος οἱ τὸ σῶμα τὲ κυεῖα παροσεπαττάλυσαν τῷ σωτηριῶσαν ἁυροῦ.

A D C A P. X.

Extensus ambas manus.] Proprium hoc Crucis, extendi. Itaque Euangeliorum vetus Gothica translatio (auctor Antonius Morillonus) vertit identidem Crucifigere, *Wstramen*, quasi dicas extendere, & quidem propriè de pannis, quos in pabis vallisq; distendit fullo. Ea extensio ad manus maximè refertur. Artemidorus lib. i. cap. LXXVIII. Εἰ δὲ τις ὑψηλὸς ἐστὶ πρὸς τὸ χροῖτο, εἰς φόβον καὶ δέος ποιεῖται κακῆργος διὰ τὸν, σαυροῦ θήσει. ἢ εἰ τὸ ὕψος καὶ πλὴν ἡλίων χειρῶν ἐκτασῶν: *Si quis sublimis in loco quoriam saltet, in periculum & metum incidet. maleficus autem existens, crucifigetur, ob altitudinem & manuum extensionem.* Epictetus apud Arrianum, ab hac causâ comparat falsè eos qui in balneis se distendunt & lauandos fricandosq; præbent, cum crucifixis, lib. II II. Dissertat. cap. x XVI. Ἰν' ἐν τῷ βαλανείῳ ἐκιδυσάμενος, καὶ ἐκτείνας σαυτὸν, ὡς οἱ ἐσαυροῦμένοι, τελεῖ ἔνδεον καὶ ἔνθεον: *Vt in balneo exutus & teipsum distendens, ut solent crucifixi, fricèris hinc atque illinc.*

Vestigium huius tabella existare audio.] Imò & video: ac mi-



fit ad me Dionysius Villerius vir veteri doctrine & mihi valdè amicus ectypon nummi Græcanici veteris, qui aureus asseruatur in monasterio Lactiensis in Hannoniâ, quem ecce habes.

Inscriptio in eo est: *Κόσμος τὸ λύτρον αἵμα τῷ θεῷ λόγος: Mundi redemptio, sanguis diuini verbi.* Missus is nummus cum alijs sacris donarijs est ab Henrico Imperatore, tunc Constantinopoli, anno Christi ∞. CC. VIII.

AD CAP. XI.

Περιοχθεῖς κύκλω τῆ ἀμφιθεάτρῃ.] Id dicunt Circunduci; sicut Traduci, cū ostentui dumtaxat per ora populi ducebantur, & sæpe alibi puniendi. Suetonius in Tito, cap. v 111. *Hos* (Delatores) *nonisimè traductos per amphitheatri arenam, partim subijci in seruos ac vanire præcepit, partim in asperrimas insularum auehi.* Nescio an Martialis versus, qui iamdiu cubat in morbo, sic sanandus, lib. 1. de hisipis Delatoribus & Titi factio:

*Turba grauis paci placidaq; inimica quieti,
Qua semper miseræ sollicitabat opes:
Traducta est titulis, nec cepit arena nocentes,
Et delator habet quod dabat exsilium.*

Titulis enim vult traductos Delatores. quomodo? nõnne omnium vnus est communis? non híc: quia additum, quos & quàm illustres quisque detulisset. Exempli causâ: *Hic est Titius qui Camerinum detulit. Hic, qui Lateranum, & talia.* In libris legitur: *Traducta est getulis*, in alijs, *Tradita Getulis*: & emendarunt, *Traducta est Gyaris*, quod ego & ratio facilè refellant.

Πίνακος αὐτὸν ἀεγδύοτος.] In tabellâ enim hæc talia scribi solent: sicut & Titulus Seruatoris. Cyprianus de montibus Sinâ & Syon: *Pontius Pilatus impulsâ mente à Deo accepit Tabulam, & titulum scripsit tribus linguis: & in capite ligni clauis tribus Tabulam cum nomine regis Iudæorum confixit.* Ex cuius verbis vides etiam Tabulam non super lignum (vt multi repræsentant & pingunt) sed in ipso supremo ligno clauis fixam.

De quo more alij.] Inter eos P. Faber libris Semestrium; vbi & sparlim plura de Cruce, & quædam selecta atq. edecumata.

AD CAP. XIIII.

Disparata hæc supplicia.] Notauit & publicè ante nos monuit Cæsar Baronius, vir sacra profanaq; doctus, in Martyrologio. Sed cur frangebant ijs, quos statim mortuos vellent, crura? An non causâ in Plinio? Ille lib. x i. cap. x l v. notat in ijs vitalitatem esse: atque addit. *Namque in ipsâ genus utriusque commisurâ, dextrâ laeuâq;, à priore parte, gemina quadam buccarum inanitas inest: quâ perfoßâ, ceu inzulo, spiritus fugit.* Aliud autem est à fragio crurum, *Exsecare crura*: quod in Ammiani lib. x x i. leges, in oratione Iuliani: *Quisque agmini coherens incedat, sciens quod, si remanserit vsquam, exsecetis cruribus relinquetur.* Hoc enim proinde est, quasi dixisset, neruis aut suffraginibus incis. Vetus sæuitia, & Annibali vsurpata in Romanos. Ennius: *His pernas succidit iniqua potentia Pæni.* Potentia Pæni. more

ni, more Græco, est Pœnus. Livi de ea ipsa re, in clade Cannensi: *Quosdam iacentes viuos succisis feminibus poplitibusque inuentos fuisse.* nempe ne attollerent se, & vt desolati morerentur. Vsurpatum est Tyrannis in Christianos. Sozomenus lib. I. cap. x. de Paphnutio & Maximo: quos, inquit, *Μαξιμῖνος ἐν τοῖς μετάλλοις ἐργάζεσθαι κατέδικασε, τὰς δεξιὰς αὐτῶν ἐκκόψας ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς ἀριστερὰς ἀγκύλας ἀποτεμών.* Maximinus ad opus metalli condemnauit, dextros eorum oculos excutiens & sinistri pedis suffragines abscidens. Eusebius ostendit aduri etiam solere, lib. V III. cap. x i i. vbi quorundam meminit *τὰς λαυὰς πόδας καὶ τῶν ἀγκυλῶν καυτῆρσιν ἀχρευσμένων: qui sinistris pedibus, circa poplites, ferro adustis, inutiles facti essent.*

Liberi non immunes.] Lego in Eusebij lib. v I. cap. x i x. de Apollonio Martyre, cum is sub Commodo Principe delatus esset vt Christianus, accusatori, ex lege, crura fracta fuisse. Verba huic rei: *ὅτι μὴ ζῆν ἐξόν ἦν, καὶ τὸν βασιλικὸν ὄρον, τὰς τῶν τοιῶνδε μνηστὰς, αὐτῆα κατὰ γυναι τὰ σκέλη: quoniam viuere nefas, iuxta legem Principis, talium delatores, statim crura ei fracta sunt.* Sed cuius Principis hæc lex tam commoda in Christianos? Non opinor ipsius Commodi. Nunquid M. Aurelij? de quo Terrullianus Apolog. cap. v. *Qui sicut palam ab eiusmodi hominibus (Christianis) pœnam dimouit; ita alio modo palam dispersit, adiectâ etiam accusatoribus damnatione, & quidem tetriore.* Et quod ait de damnatione tetriore, possis vel ad Crurifragium istud referre: vel ad Viuicomburium, quod affici accusatores Christianorum iubet eiusce Principis epistola apud Onufrium in Factis expressa.

AD CAP. XV.

A Sole ac pluuiâ corrumpi.] Exemplum huic rei etiam in libris facris, vt Reg. I I. cap. x x i. *Dedit eos (septem viros) in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram Domino. Tollens autem Respha filia Aia cilicium substravit sibi supra petram ab initio mæsis, donec stillaret aqua super eos de calo, & non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per noctem.* Hoc de pluuiâ: de sole, in Artemidoro lib. v. *Ἐδοξε ἑπὶ λαμψαῶδας ἀπὸ τῆς ἐξίας μὴ δύνασθαι ἀνάψαι, καὶ ἀπὸ τῆς ἐνανθῆ ἀνάψαι. ἐσαυρώθη, καὶ καὶ τῆτον τῆ βόπον τῶ ἐναντίω ποιεῖ ἐθάλωετο: Visus aliquis faces è foco non posse accendere, & à calo eas accendit. crucifixus est. atque hoc modo igne cælesti concalefactus.*

IVSTI LIPSI

AD LIB. III. NOTÆ.

CAP. II.



VERBERATVM patibuloque constrictum.] Au ergo huc referas Dionis etiam illud lib. x τ ι x. de Antonij sæuitiâ in Iudææ regem Antigonum? τὸν δὲ Αντίγονον, inquit, ἐμασίγησε στυρῶν ποροδήσεις (ὃ μὴ εἰς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπύθη) καὶ μετὰ τὸτο καὶ ἀπέσφαξεν: Antigonum flagellavit cruci siue furcæ alligans (quod nemo alius rex à Romanis unquam passus erat) ac postea interfecit. Verba ita præferre videntur: nec abhorreat ab Antonij impotentia, vt serviliter sævierit etiam in regem. Tamen verius puto vt capias veritasque *Palum*. Vt palo, inquam alligatus fuerit, solenni Romanis more, & tum securi percussus. Quod ipsum huic Antigono factum, et si Dio non expressit, notavit Strabo, citante Iosepho (nam hodie non exstat) lib. xv i. Antiq. cap. i. Αντώνιος Αντίγονον ἢ Ἰσδαίων ἀχθέντα εἰς Αντιόχου πελειῖδα, καὶ ἐδόξε μὲν ἕως πρώτος Ῥωμαίων βασιλεὺς πελειῖται: Antonius Antigonum Iudæum Antiochiam perductum securi percussit. & visus est prius Romanorum securi subiecisse regem. Idem Plutarchus, in Antonio.

Furcilla, quibus homines suspendebant.] Nec negauerim tamen, etiam ita accipi posse, quasi his furcillis sublatum erectumque ipsum patibulum, postquam homo in eo affixus. Non enim dicit *in quibus*, sed *quibus suspendebant*. Certum enim est siue funibus subduci in stantem crucem debuisse, siue furcis. nisi quis ad motas arbitretur & scalas. Λεπτολογίαι hæc videantur, sed necessaria rei capiendæ.

Patens hæc tranuersaque pars sic dicta.] Strictè & propriè inquam. Aliàs quis nescit totam crucem sæpe venire in hoc nomen? Sallustius vtro modo acceperit haud dixerim, in loco vitiato. Fragmentum est apud Nonium, è i v. Histor. *In quibus notissimus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore improbi patibulo eminens affigebatur*. Lego *mutilato corpore*: quia mos ille frequens Orientalibus, vt priusquam crucifigerent admutilarent, aut etiam per tormenta necarent. Exempla habes in hoc libro, cap. x i i. & alibi. At illud *improbi*, qui reformandum ignoro. Tentavi olim *in prorsis*. An & *imprope* quod sic compositum pro simplici, vt *inante* & talia, apud Terullia-

tullianum reperies Exhortat. ad Castirat. cap. x. An etiam *improbè* ? ut sit corpus fuisse *improbè* mutilatum ? Credo enim hæc narrasse de sæuitiâ Mithridatis in Cyzicenos, quos terrâ mari- que obsēdit.

AD CAP. V.

Facie quâ nostrum hodie patibulum.] Quæ sententia fuit Anto- nij Morilloni, viri summi futuri si diutius vixisset. Argumenta habebat (vidi & legi in epistolâ eius ad Lindanum, quam here- des adferunt) quòd id referret formam Iugi: ferre autem iugum, ignominia & quasi comminatio huiusce mortis. itaque illinc pe- tenda forma. Amplius, Liviùs ait lib. i. Romanos *spectasse fur- cas duodenos à terrâ spectacula alta sustinentibus pedes*: eas furcas proclinantia vtrimque ligna fuisse cum tertio transfuersario su- pernè immisso, quod genus *Capreolos* Latini vocant, & nos hodie *Schragas*: ergo hanc esse faciem Furcæ. Tertio Hebræos hodie que suum Tau sic pingere: cum eo autem comparari passim: tale igitur esse. Credo etiam addere (non firmiter nunc com- memini, sed addi potest) Aufonium cum Φ . litterâ Græcâ Cru- cem comparare: at ea quoque istuc abit. Sed hæc sententia, etsi arguta, proba mihi non est ob multas causas, atque hanc vni- cam firmissimam, quòd refellunt spectationes & monumenta om- nia antiqua, omnia inquam consensu. Quid Christianis nobis fiet, si ipsa imago crucis aliter vbique non pingenda solùm, sed manibus cottidie deformanda? At enim iugum tale olim. Ita, sed quid ad rem? militaris saltè ignominia illa fuit: & liberorum ea hominum, non seruorum, ut latura furcæ. De Luitio, nihil impe- dit Furcas nostro vulgari que more intellegi, quibus ligna trans- uersa iniecta, & super ea afferes, ad spectandum insistentium que. Fit & hodie, & olim primas domos sic erectas ex Posidonij sen- tentiâ puto Senecam alibi tradere, & vti pariter voce *furca*. De Hebræis, verum est, sed hodiernis. Priscas eorum litteras alias & diuersiformes fuisse, periti eius lingue atque ipse Hieronymus tradiderunt. Iam de Aufonij versu, is talis:

Et crucis effigie Palamedica porrigitur Φ .

Lectionem non muto, etsi alij libri proferunt *gruis*: nec id ma- lè. Sed esto *crucis*: verissimum est in nostrâ etiam formâ. quo- modo? in cruce inquam vestitâ, & in quâ homo appensus. Vide faciem & pendula à ligno brachia, est hæc ipsa litteræ forma. Sed enim cum multa de Furcâ, & variè dubic que dixerim, hoc etiâ lubet. Quid si ipsa crux nostra vulgaris, vetus furca sit? Plu- tarchus cum temonis aut * iugi sustētaculo confert: certè in an-

* Facit hæc quod suprâ in Minu- tij verbis: *Cum erigi- tur iugum, crucis si- gnum est.*



tiquis curribus tale re-
perio, qui sunt in Co-
lumnâ Traiani aut An-
tonini. Vide imagines.
Dixeris hoc non falsò
iugum sustinere aut suf-
ferre, quâ collo supero
bouv impositum est, &
iugũ illi adnexum. Sed
& ipsum temonẽ: (nam
lectio Græca variat, vt
dixi) hoc ipso, quòd ita
in collo firmum, temo-
nem att. lilit & prohi-
bet à casu aut delapsu.
An & ad Dionysij de-
scriptionem aptari po-
test? potest dupliciter.
Sive vt à pectore stipes
longior & ipse temo

propendat: sive potius vt à tergo, quod res magis poscit. In
figuris vide & cogita.



Subij-



Subiicio & formam crucifixionis quam imaginabatur & delineabat Morillonus.

AD CAP. VII.

Impudicas ancillas sic puniri.] Et est sanè ignaua mors, & *Faminea* etiam *Panegyristæ* dicta. *Alteri manibus satellitum Britannorum guladomi fracta, & in istâ feminea mortis infamia, ut scilicet maluisse vitæ ferrî amantiſſimus videretur laqueo perire quàm gladio.* Victor postremam appellauit, vilissimamque in Maximiano: *Pænius* mortis genere postremo, fractis laqueo ceruicibus, luit.

Patibulum vulgò *Furca* dicitur.] Quo ipso sensu in-

feriores Græci dixerunt *φωλιζεν* in *furcam* agere, asperiore illâ litterâ mutatâ. Cedrenus in Iustiniâno Rinometâ: *Εν τοῖς τεύχεσι πάντες ἐφάλισσεν.* quod vertèdum est, *In muro omnes de furcâ suspendit.* Docet Zonaras qui in eaplâ re: *Ἐν ξύλοις παρὰ τοῖς τεύχεσι ἀπὸ πύργου :* *In lignis apud muros suspendit.* Credo autem hanc *Furcam* pritiò non nisi dimidiatum *Patibulum* fuisse, id est, facie adhuc aliquâ *Furcæ*: paulatim, & quò plures appendi possent, immutasse.

AD CAP. IX.

Iniectis per crura funibus.] An magis placet hic sensus, Funes ipsos per crura eorum traiectos & transmissos? Tale in Curtio lego Alexandrum vsurpasse in Batin quendam, lib. IIII. *Per talos spirantis lora traiecta sunt, religatumque ad currum traxere circa urbem equi.* Id factum à rege exemplo Achillis, qui Hectorem sic foedauit, vt Curtius inibi notat. Sed tamè Ammianus *Iniectos* ait, non *Traiectos*: nec id supplicij credam vulgò vsitatum.

AD CAP. X.

Moriturum in ipsas, non per ipsas.] Præter exempla quæ de-

di hoc rarum videatur in Philippo, de quo Eusebius in Chronico, anno xli. Claudij; *Philippus Apostolus Christi apud Hierapolim Asia civitatem, dum Euangelium populo nuntiaret, cruci affixus, lapidibus opprimitur.* Quasi in ipsâ cruce lapidibus obrutus esset. Atque hoc quidem in vulgatis libris, in veteri & probo meo manuscripto vestigium non est horum verborum.

AD CAP. XIII.

Viri fide digni asserunt.] Inter eos eximus Theologus Alfonso Ciacco, qui de signis Crucis nunc nuper accuratè scripsit.

Iam illa Amanis præalta.] De quâ accipienda quæ in Codice Iustinianæo leguntur, De Iudæis & cælic. vbi scribuntur *Iudæi quodam festivitatis sua sollemni, Aman ad pœna quondam recordationem incendere, & sanctæ crucis adsimilatam speciem in contemptum Christiana fidei exurere,* atque id facere deinceps verantur. Totidem pœnè verbis in Cod. Theod. lib. xvi. tit. viii. Ex quibus vides Iudæos Amanis inimici sui mortem annuâ memoriâ repræsentasse, & in cruce suspensum cum eâ ipsâ combussisse: specie Amanem, re & mente Seruatorem & nostram crucem. Idedò meritissimò interdicti.

Novus etiâ orbis.] In quo sanè hoc mirum, cruces repertas fuisse plurifariam in templis atque in sepulchris. De Indiâ Occiduâ loquor. Quâ origine aut fine? nescimus, nisi si iam tunc providus ille Deus extare voluit omen & signum dominaturæ illi cruceis.

AD CAP. XIII.

Edicto prohibitum manet.] Atqui in Panegyricâ oratione, sanè diserrâ, quæ Theodosio dicta, mentio etiam crucis quasi licitæ & manentis. *Et post hanc tu vocem, non illum in crucem tolli, non culleo insui, non discerpi in frusta iussisti.* Et fieri sanè potest vt apud gentiles, & Christo aduersos, supplicium etiam manserit. sicut de Slaus in Helmoldi Chronico scriptum lib. i. *In illis diebus Slaus quendam Danum suffixerunt cruci:* In ignominiam scilicet diuinæ crucis.

AD CAP. XV.

In hoc vince.] Nummis hoc pluribus expressum cernitur, atque etiam quibusdam vberius, *In hoc signo vince.* Sanè Christiani libenter appellarunt *Signum dei,* aut *Christi,* ipsam crucem, quasi Imperatoris illius tesseram aut vexillum. Iustinianæo Codice veratur, *signum saluatoris Christi humi vel in silice insculpi.* Quid, quod Græci interpretes sic legem Scauolæ accipiunt,

piunt, xxxviii. De aur. arg. mund. ? *Fieri volo iubeoque signum dei ex libris centum.* Accipiunt inquam, & reddunt *Crucem*. An verè ? minimè. scimus *signum dei* statuat esse apud Scævola-
lam siue Solis, siue indigenæ cuiuspiam & familiaris dei. Sed pie-
tas, nò error, Græcos eò traxit. Monuit super hac interpretatiun-
culâ Petrus Oranus, iuris & litterarum consultus, & germanum
in modum mihi amicus.

Εν χρυσῇ χεδιάσας στυρόν.] Quem suo ævo extitisse in Palatio
Socrates asseverat, Eccl. Hist. lib. i. cap. i. Τέτω πειθῆς τῷ χρυ-
σῷ, κατὰ κηλίαν μὲν τὸ στυροειδὲς ἱόπαιον, ὁ μὲν γὰρ νῦν ἐν τοῖς βασι-
λέοις φυλάττεται : *Huius oraculo fidem habens, conficit simile illud
cruci tropæum, quod usque nunc in regiâ servatur.* Idem Cedre-
nus: τότε στυρόν χρυσῆν χεδιάσας, ὅς ἐστι μὲν γὰρ νῦν: *Tunc crucem au-
ream efformans qua etiam nunc existat.* Non opinor tamen hanc
esse, de quâ Suidas: στυρὸς ὅτι τὸ βόρειον τὰ φόρα μέγας Ἰσαῖο, ὡς εἶδεν
αὐτὸν Κωνσταντῖνος, χρυσεμπλαστος ἐν τοῖς ἀπρωτοκρακοῖς στρογγύλοις κή-
λοις, ἐνθα καὶ αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῆ κατεπαρῶντο χρυσεμβαστοι: *Crux ad
partem Borealem fori stabat, ut vidit eam Constantinus, auro illita
in extremis rotundis pomis, ubi et ipse et filij eius conspicieban-
tur aūrati.*

— *gemmani textus in auro Signabat labarum.*] Dixi ipsi ve-
lo nomen intextum : & poëta hîc aperte. Tamen ex descriptio-
ne Eusebij, videbis & suprâ velum sæpe ex auro statui: & exem-
pla in nummis vtriusque posituræ dedi. illustamen magis cre-
bra. Ipsa Labari vox qualis? vereor vt peregrina, certè nouitia, &
sub Traiani aut illud æuum nata. Vetusior Tertulliano, qui ho-
die extant, non commemorat. Gregorius Nazianzenus, doctus
& fortis Orator, ait Καμάτων λυτήριον εἶναι, καὶ κατὰ ῥωμαίους ὀνομα-
ζεσθαι: *Laborum leuamen pausamque esse, & à Romanis sic appellari.*
Igitur à labore deriuauit, eò procliuus, quia ipsi Græci λάβωρον
scribebant. Sed nostri poëte nónne corripunt? Quomodo etiam
pausam laboris, non aliâ additione, vox ea significet? Nec scio
an non mos militiæ repugnet, quia certè sublato signo illo Im-
peratorio & conspecto, miles ad laborem ipsum & expeditio-
nem, siue prælium etiam, vocabatur. Ita si lubet illinc ducere;
magis sit, quòd eo viso miles laborem quoque videbat, & id ac-
clamabat, *Labor, labor*: atque hinc nomen.

Dua litteræ Christi nomen exprimentes.] Ita est, & conspicua
sunt in Nummis. Ipsum etiam Chi solitarium, signabat Chri-
stum. In Antiocheno tum dictionis recenset Iulianus, Misopogo-
ne: Τὸ Χῖ, φασὶν, εἰδέν ἠδίκησε τὴν πόλιν, εἰδέν τὸ Καππα. & addit:
ἡμεῖς δὲ εἰδιδάχθημεν ἀρχαῖς ὀνομάτων εἶναι τὰ χράμματα, δηλῶν δ' ἐθέ-

λεω τὸ

Orat. III.
in Iulian.

λεν τὸ μὲν Χριστὸν, τὸ δὲ Κωνσταντῖνον: *Chi, inquit, & Kappa nihil iniuria intulerunt civitati. Nos autem didicimus initia nominum esse has litteras, & significare velle illud quidem Christum, hoc Constantinum.* Ita Iulianus, qui has ipsas litteras è Labaro postea conatus remouere. Frustrà, & vicit nomen quod æternum vicit & vincet.

AD CAP. XVII.

Ω *ξύλον μακαριστὸν.*] Verè, quia nos per illud *μάκαρες*. Atque ita *προσκυνητὸν καὶ τίμιον*, adorandum & venerabile, Imperator appellat nouellâ quintâ. Ea que causâ vetitum in lapidibus sculpti, quæ in solo. Lex exstat in Codice Iustiniano: & apud Paulum Diaconum sic Tiberius: *Crucem domini quâ frontem nostram & pectora munire debemus, eam sub pedibus conculcamus?* Tale & Synodus habita in Trullo, can. LXXIII. Quamquam autem è pavementis templorum remota, non etiam è rectis. Fulfit iam olim ibi, clarum certumque symbolum Christiani cultus. Nicephorus Gregoras lib. IX. in descriptione tempestatum quæ Constantinopoli: *Τηνικαὺτὲ μέντοι πεπρωτάσι καὶ πολλοὶ τῶν ὄντων τῆς νεῶς ἰδρυμένων ἐκ σιδήρου σταυρῶν, ὑπενεγκαῖν ἐ δυνάμενοι τὴν τῆ ἀνεύματὸς εἶαν:* Tunc cecidère multa crucium, quæ templis imponi è ferro solent, sufferre non valentes vim venti.

FINIS.

APPROBATIO.

Hos I. Lipsij, Academia Louaniensis Professoris clarissimi, de *Crucis supplicio* conscriptos tres libros vna cum Notis additis testor nihil sacræ ac orthodoxæ fidei repugnans aut ab ea dissentiens continere, insuper & varia eruditione refertos ac prælo dignissimos esse censeo. Louanij 12. Calendas Decembres 1592.

Henricus Cuyckius D. Petri
Louanij Decanus, Academia
Cancellarius, & Pontificius ac
Regius librorum Censor.

M A X A E M Y L I A N I
D E V R I E N D T,

S E N A T V I G A N D A V E N S I
A S E C R E T I S, A D I V S T I

Lipsi de Crucelibros,

Epigramma.

Supplicij ferale genus, trabs hospita leti,
CruX olim, & dirus fontibus horror erat.
Tormentum inuisum, durum, execrabile lignum,
Quo grauius nullum terra nouerca dabat.
At postquam sata patre Deo, sata Virgine proles
Diluit in celsa crimina nostra cruce:
Vidua pro seruis dominus, pro fontibus insons,
Pro laesis medicus, pro grege pastor amans;
Ilicet ex illo, CruX lux, mors vita, trophæum
Furca, decus probrum, pœna medela fuit.
Hospite pressa Deo tanti CruX numinis, olim
CruX scelerum Nemesis, nunc scelerum vna salus.
Hoc olim tam grande decus, tam nobile pignus
Terra diu cæco texit auara sinu:
Dum veluti postliminio tandem extulit illam,
Et luci lucem * Caesar habere dedit. *Constantinus.
Fallor? an & I V S T V S teu Caesaris amulus, atra
Nocte laborantem tollit ad astra Crucem?
O factum iuste: sic rident lumina iustis,
Inuidiâ iniustis lumina fracta dolent.

Anumam rex Delius indit.

PRIVILEGIUM CÆSAREVM.

RVDOLPHVS SECVNDVS diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, &c. Comes Tiro-
lis &c. Nostro & Sacri Imperij fidei dilecto IUSTO LIPSIO gratiam nostram Cæsaream. Postquam inter alia, quæ DEVS immortalis hominibus liberali manu dedit dona, illustria imprimis illa & quasi diuina sunt, quæ in literis liberalibusque disciplinis consistunt, quibus scilicet homines non tantum ab animalibus ceteris rationis expertibus, sed à rudi etiam & imperito hominum vulgo ita distinguuntur, vt tanquam Dij quidam splendescere in terris videantur: rem sanè præclaram sequè dignam illi præstant, qui diligentem iis ipsis in literis ac disciplinis operam ponunt, præclarissimam verò & Reipub. vtilissimam, qui eas ita excolunt, vt aliorum mepti docendo, scribendo lumina præferant, eosque ex ignorantia tenebris quasi manu educant. Quos excitare, quos amare atque animare ad dignitatis nostræ munus, ad quod Diuino vocati beneficio, concessuque sumus, imprimis pertinere existimamus. Cùm itaque ab iis, quorum nobis spectata fides, qui que iudicare de Literis possint, acceperimus, insignes te animi ingenique tui dotes tibi à natura in istas à primis temporibus ætatis tuæ ita literarum ac disciplinarum studiis excoluisse atque exornasse, vt olim iuuenilibus adhuc annis præclara florescentis minimeque vulgaris eruditionis specimina præbueris, dum obscura in antiquis scriptoribus loca, quæ quadam tanquam lustra erant, illustrasti, quæque in iis iniuria temporum deprauata & corrupta fuerunt, restituisi, dum vetusta Latine antiquitatis rudera in nouam subinde structuram singulari artificio eleganter conuertisti: ad exquisitam aded & raram doctrinam, quæ magnam de te apud doctos quosque viros opinionem excitari, peruenisse, eamque variis abs te libris acri & graui cum iudicio scriptis atque in lucem editis ostendisse, vt in eo quod tam feliciter tractes descriptionis genere paucos tibi pares hodie reperire sit: iam verò matura te ætate virum, viro magis magisque digna & viris doctis grata ac Reipub. vtilia scribere, quæque à primis illis Romanis olim auctoribus scripta fuerunt, à mendis purgare, & lectissimos quosque ex Musarum hortis, in quibus assidue verseris, flores colligere, concinnare, quibus Lectores mirificè recrees, & eorum pectus ad prudentiam, probitatemque informes: haud quaquam prætermittere volumus, quin Reipub. ad quam hæc abs te ornamenta conferuntur, causa, Cæsareo te nostro elogio decorandum, & quamuis per te satis ipse animatus sis, animandum magis patrocinioque nostro defendendum pro benigna nostra in te susciperemus voluntate. Quoniam verò lucubrationibus atque operibus tuis in lucem edendis, peculiarem te eligere velle Typographum, accepimus; Diplomate hoc nostro priuilegioque te & Typographum tuum aduersus quorumcunque fraudem, qui lucri causa, quod fieri solet, eadem excudere aut typis imitari fortè velint, munitos cupimus. Quamobrem pro auctoritate nostra Cæsarea decernimus, statuimus, veramusque, ne quis Typographorum, Bibliopolarum, aut aliorum, qui librariam negotiationem exercent, eos libros, quos tu editurus es, quocunque modo, caractere, aur
forma,

forma, siue integros, siue aliquam eorum partem typis imitari, edere, excudere, aut venundare intra sacri Romani Imperij, Regnorumque ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines triginta annis proximis à primo editionis die computandis, absque tuo tuorumue hæredum consensu audeat: Hac autem lege addita, ut tria ut minimum cuiusque libri exemplaria, quemadmodum moris est, ad Imperialem nostram Cancellariam mittantur. Si quis verò edictum hoc nostrum transgredi, violare, aut contemnere deprehensus fuerit, cum non solum eiusmodi libris, tibi, hæredibusue tuis, auxilio Magistratus, vbiunque reperti fuerint, vendicandis, priuari, sed triginta etiam Marcharum auri puri multa, cuius semissis quidem Fisci nostri Procuratori, fraudis vindici: alter verò semissis, tibi hæredibusue tuis pendatur, puniri volumus. Mandantes vniuersis & singulis nostris & sacri Romani Imperij subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis quam Politicis, cuiuscumque status, gradus aut ordinis extiterint, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti, vel suo vel superiorum suorum loco aut nomine, ius dicunt, iustitiamue exercent, ne quemquam hoc Priuilegium nostrum impunè violare, spernere aut negligere patiantur: Sed, si quos contumaces compererint, constituta à nobis multa, eos puniri & quibuscunque modis coerceri curent, ni & ipsimet grauissimam nostram in se conuertere indignationem velint. Id quod hoc Diplomate, manu nostra subscripto, & Cæsarei nostri sigilli impressione munito, confirmamus. Datum in arce nostra Regia Pragæ, die prima mensis Augusti. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Nonagesimo secundo. Regnorum nostrorum Romani decimo septimo, Hungarici vigesimo, & Bohemici iudem decimo septimo.

Subsigm.

RVDOLPHVS.

Iacobus Curtius à Senfftenaw.

Ad mandatum sacre Cæsarea M^{is} proprium.

Io. Baruitius.

Additum sigillum Cæs. M^{is} in cera rubrà.

Tibi IOANNES MORETE, pro amicitia qua mihi cum Plantino (heu, quondam meo) & Plantiniano est ac fuit, tibi, inquam, permitto, ut hos libros DE CRUCE & in eos NOTAS typis tuis excudas ac diuulges. Nequis alibi alius præter te, cupio siue iubeo, ex lege quam magnus Cæsar dicit.

Iustus Lipsius.

S V M M A P R I V I L E G I I R E G I I .

REGIAE Maieſtatis Priuilegio cautum eſt, Ne quis *Iuſti Lipsi de Cruce Libros tres vnà cum Notis*, citra voluntatem Ioannis Moreti Typographi Antuerpienſis, intra octennium vlllo modo imprimat, vel alibi impreſſos importet, diſtrahat, venalẽ ſue habeat per omnes eius ditionis fines; qui ſecus faxit, confiscatione librorum, & graui pœna mulctabitur: vt latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, X X I I I. Iunij, M. D. X C I I.

Signat.

I. de Buſchere.

Œ
S. de Grimaldi.

Errata sic corrigantur.

Pag. 18. lin. 8. παρασευγμένα.	Corr. παρασευγ.
23. lin. 22. <i>omisit. An de.</i>	corr. <i>omisit, an.</i>
lin. 25. <i>sublatum. Eic δόρυ.</i>	tolle punctum.
25. lin. 12. in marg. Lib. 11.	adde, <i>Val. lib. 11.</i>
26. lin. 16. <i>Romano, sensu.</i>	tolle commation.
37. lin. 16. <i>multimodis.</i>	corr. <i>multinōdis.</i>
lin. vlt. <i>lorum, flagellum.</i>	fac. <i>loreum flagel.</i>
38. lin. 19. <i>ἀντιπεδοσμοί.</i>	scrib. <i>ἀντιπεδοσμοί.</i>
41. lin. penult. <i>Inuenticula.</i>	fac. <i>Inuentiuncula.</i>
59. lin. 18. <i>Et sapius: Modus.</i>	corr. <i>Et sapius.</i> verba quæ sequuntur, mea sunt.
63. lin. 17. <i>Romanis Glossæ.</i>	corr. <i>Romanis.</i>
70. lin. 3. <i>πιδανωτάτην.</i>	corr. <i>πιδανωτάτην.</i>
85. lin. 12. <i>populus.</i>	corr. <i>populus.</i>
88. lin. 27. <i>uiuum.</i>	corr. <i>uiuum.</i>
96. lin. 4. <i>βαρτηρία.</i>	leg. <i>βαρη.</i>
lin. 5. <i>παβδος.</i>	leg. <i>παβδος.</i>


ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD VIDVAM, ET IOAN-
NEM MORETVM,
M. D. XCIIII.













GretagMachbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart